δὲ σοὶ πρὸς μητρὸς οὐδὲ χείρους οὐδ' ἐλάττους. ξυμπάντων δὲ ὧν εἶπον μείζω οἴει σοι δύναμιν ὑπάρχειν, Περικλέα τὸν Ξανθίππου, ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπε σοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δυνατὰ πράττειν ὅ, τι ἂν βούληται, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, καὶ πολλοῖς βαρβάρων ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἥρξεν. προσθήσω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουσίων· δοκεῖς δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιστα μεγαλοφρονεῖν. κατὰ πάντα δὴ ταῦτα σύ τε μεγαλαυχούμενον κατεφάνησας τοῖς ἐραστῶν, ἐκεῖνοί τε ὑποδεέστεροι ὄντες ἐκράτησαν· καί σε τῶν οὐ λέληθεν. ὅθεν δὴ εὖ οἶδα ὅτι θαυμάζοις, τί ποτε δὴ ἐγὼ ἀπαλλάττομαι τοῦ ἔρωτος, καὶ ἥντιν' ἔχων ἐλπίδα ὑπομένω, τῶν ἄλλων πεφυγότων. ΑΛΚ. Καὶ ἴσως γε, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶσθ', ὅτι σμικρόν με ἔφθης. ἐγὼ γάρ τοι ἐν νῷ εἶχον, προτερός σοι προσελθὼν ταυτὰ ταῦτ' ἐρέσθαι, τί πολε βούλει; ἢ εἰς

quoque nec his inferiores, neque etiam pauciores. Sed multo majorem ex his omnibus autoritatem afferre tibi ad res agendas Periclem Xanthippi filium, quem quidem pater tuus tutorem tibi fratrique reliquit, qui non in hac civitate solum, quæcunque vult, potest, sed in omni Græcia & in multis etiam ac magnis barbarorum gentibus. Addam quoque *te* ex divitibus *ortum:* quanquam videris in iis minime omnium gloriari. Horum omnium causa fastu elatus, amatores omnes tuos edomuisti, & illi utpote inferiores tibi cesserunt. Neque vero ista te latuere. Quamobrem satis scio admirari te, quo animo in amore perseverarim, quamve spem conceperim, qui cæteris fugientibus omnium solus perstiti. ALC. At istud forte nescis, O Socrates, te nunc me paulo prævenisse. Venerat enim in animum mihi, ut te prior adortus hæc eadem te rogarem, Quidnam vis? Qua tandem spe mi-

1 F. θαυμάζεις. *Ita MS.*

πῶς ἐλπίδα βλέπων σχολεῖς με, ἀεί ὅπου ἂν ᾖ ὅπως μελέτας παρών; τῷ ὄντι γὰρ θαυμάζω ὅ, τί ποτ' ἐστὶ σὸν πρᾶγμα, καὶ ἥδιστ' ἂν πυθοίμην. ΣΩΚ. Ἀκούσῃ μὲν ἄρα μου, ὡς τὸ εἰκός, προθύμως, εἴπερ, ὡς φῂς, ὑπεθυμεῖς εἰδέναι, ἃ ἀκοῦσαι τί ἐμνοῦμαι· ὡς [1]ἀκουσομένῳ καὶ πειμένῳ λέγω. ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν· ἀλλὰ λέγε. ΣΩΚ. Ὅρα δή· ὃ γάρ τοι εἴη ἂν θαυμαστόν, εἰ ὥσπερ μόγις ἠρξάμην, οὕτω μόγις καὶ παυσαίμην. ΑΛΚ. Ὦ γαθὲ λέγε· ἀκούσομαι γάρ.

β'. ΣΩΚ. Λεκτέον ἂν εἴη. χαλεπὸν μὲν ὂν ὡρῶς ἄνδρα ὑχ ἥκοντα ἐρασῶν προσφέρεσθαι ἐρασῇ· ὅμως δὲ τολμητέον φράσαι τὴν ἐμὴν ἐμνοῦμαι. ἐγὼ γὸ, ὦ Αλκιβιάδη, εἰ μέν σε ἑώρων ἃ νῦν δὴ διήλθομεν ἀγαπῶντα, καὶ οἰόμενον δεῖν ἐν τούτοις καθιῶναι, πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην ὃ ἔρωτος, ὡς γε δὴ ἐμαυτὸν πείθω· νῦν δὲ ἕτερα αὖ κατηγορήσω ἐμνοῦμαι

hi moleſtus es, qui ſemper, ubicunque ſum, accuratiſſime ades? Revera enim quod ſit conſilium tuum admiror, illudque libenter audirem. SOC. Audies igitur hoc a me alacriter, ut veriſimile eſt; ſi quidem, ut ais, noſſe & audire deſideras quid cogitem; & tanquam expectanti & auſculaturo id referam. ALC. Et maxime quidem, dicas modo. SOC. Vide itaque; neque enim mirum videri debet, ſi, quemadmodum ægre incepi, ita ægre deſinam. ALC. Age, dic modo, audiam enim.

2. SOC. Dicendum eſt profecto. Difficile quidem eſt amatori cum eo, qui amicorum nulli demittat ſe, colloquium inire. Audendum tamen, ſenſentiaque mea exprimenda. Equidem, O Alcibiades, ſi te cognoviſſem, iis rebus quas ſupra narravimus eſſe contentum, vitamque in illis tuam tranſigere velle, dudum amorem erga te meum (ut mihi perſuadeo) depoſuiſſem. Nunc autem alias quaſdam tuas de teipſo cogitationes indicabo

1 F. ὡς χάρ.

σὰ πρὸς αὐτόν σε· ὦ καὶ γνώσῃ, ὅτι προσέχων γέ σοι τὸν νοῦν διατετέλεκα. δοκεῖ γάρ μοι, εἴτις σοι εἴποι θεῶν, Ὦ Αλκιβιάδη, πότερον βούλῃ ζῆν ἔχων ἃ νῦν ἔχεις, ἢ αὐτίκα τεθνάναι, εἰ μή σοι ἔξεσται μείζω κτήσασθαι; [1] δοκῆς ἂν μοι ἐλέσθαι τεθνάναι· ἀλλὰ νῶν ὅπῃ τίνι δή ποτε ἐλπίδι ζῇς, ἐγὼ φράσω. ἡγῇ ἐὰν θᾶττον εἰς τὸν Αθηναίων δῆμον προέλθῃς (τοῦτο δὲ ἔσεσθαι μάλα ἡμερῶν ὀλίγων) προελθὼν δὲ ἐνδείξασθαι Αθηναίοις ὅτι ἄξιος εἶ τιμᾶσθαι, ὡς οὔτε Περικλῆς, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γεγενημένων· καὶ τοῦτο ἐνδειξάμενος, μέγιστον δυνήσεσθαι ἐν τῇ πόλει· ἐὰν δ' ἐνθάδε μέγιστος ᾖς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις· καὶ οὐ μόνον ἐν Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις, ὅσοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν οἰκοῦσιν ἠπείρῳ. καὶ εἰ αὖ σοι εἴποι ὁ αὐτὸς οὗτος θεὸς, ὅτι αὐτῷ σε δεῖ δυνασθῆναι ἐν τῇ Εὐρώπῃ, διαβῆναι δὲ εἰς τὴν Ασίαν οὐκ ἔξεσται σοι, οὐδὲ ἐπιθέσθαι τοῖς ἐκεῖ

tibi, ut intelligas, quo minus tibi mentem adhiberem me nunquam deſtitiſſe. Videris mihi ſane, ſi quis Deus dixerit, O Alcibiades, Nunquid vivere vis ea ſola poſſidens quæ nunc habes; an ſtatim obire, niſi præſtantiora quædam aſſequi liceat? mortem potius videris electurus. At vero qua nunc ſpe vitam agas, aperiam; putas enim ſi mox in Athenienſis populi concionem aſcenderis, quod quidem paucos poſt dies futurum exiſtimas, Athenienſibus demonſtraturum te majori dignum eſſe honore, quam aut Pericles, aut alius quiſquam fuerit eorum, qui ſuperioribus ſeculis floruerunt: quod ſi oſtenderis, maximam te in hac civitate potentiam aſſecuturum. Quod ſi plurimum hac in urbe poſſis, omnium quoque Græcorum, atque etiam Barbarorum quicunque eandem, quam nos, incolunt continentem, clariſſimum futurum. Quod ſi Deus idem imperium Europæ conceſſerit, tranſire tamen in Aſiam, & iſtic imperium affectare vetuerit,

1 F. δικᾷς. *Ita MS.*

πράγμασιν, οὐκ ἂν αὖ δοκεῖς μοι ἐθέλειν οὐδὲ ὅτι τούτοις μόνοις ζῆν, εἰ μὴ ἐμπλήσεις σὺ σοῦ ὀνόματος καὶ τῆς σῆς δυνάμεως πάντας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώπους. καὶ οἶμαί σε πάλαι Κύρου καὶ Ξέρξου ἡγεῖσθαι οὐδένα ἄξιον λόγου γεγενέναι. ὅτι μὲν οὖν τοιούτου τὴν ἐλπίδα ἔχεις, εὖ οἶδα καὶ οὐκ εἰκάζω.

γ'. Ἴσως δ' ἂν εἴποις, ἅτε εἰδὼς ὅτι ἀληθῆ λέγω, Τί δή ἐστιν, ὦ Σώκρατες, τοῦτο ὅτι σοι πρὸς λόγον οὐκ ἔφηθα ἐρεῖν, διὸ ἐμοῦ οὐκ ἀπαλλάττῃ; Ἐγὼ δή σοι γε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. τούτων γάρ σοι ἁπάντων τῶν δαιμονιωτάτων τέλος ἐπιθεῖναι ἄνευ ἐμοῦ ἀδύνατον· τοσαύτην ἐγὼ οἶμαι δύναμιν ἔχειν εἰς τὰ σὰ πράγματα ἢ εἰς σέ. διὸ δὴ ἔγωγε πάλαι οἶμαί με τὸν θεὸν οὐκ ἐᾶν διαλέγεσθαί σοι, ὃν ἐγὼ περιέμενον ὁπηνίκα ἐάσοι. ἅτε γὰρ σὺ ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει ἐνδείξασθαι ὅτι αὐτῇ παντὸς ἄξιος εἶ, ἐνδειξάμενος ᾗ, ὅτι οὐδέν ὄ, τι

nondum electurus mihi videris his tantummodo conditionibus vitam degere, nisi nomine tuo & potentiâ omnia, ut verbo dicam, hominum genera impleveris. Teque arbitror, præter Cyrum ac Xerxem, neminem memoria dignum æstimare. Quod igitur hujusmodi spe nutriris, non conjecto equidem, sed pro certo scio.

3. Dices forte, utpote conscius me vera dixisse, Quid hæc, O Socrates, ad eam rationem quam te prolaturum dicebas, *nempe* cur me nondum deseruisti? Dicam, O amice Cliniæ & Dinarchæ fili: has cogitationes tuas ad optatum finem perducere absque me minime potes: usque adeo in te ac tua negotia me posse confido. Quapropter Deum ipsum censeo non permisisse olim me tecum differere, quem ego expectavi donec permitteret. Ut enim tu speras civitati tuæ ostendere posse omni te apud eam honore dignum esse, atque his demonstratis nihil adeo magnum restare, quod non statim conficere possis: sic & ipse

1 F. δι' ὃν. *Ita MS.*

ὑ παραυίκα δυνήσεαθ. ὕτω κἀγὼ παρὰ σοὶ ἐλπίζω μέγιστον δυνήσεσθαι, ἐνδειξάμενος ὅτι παντὸς μᾶλλον ἄξιός εἰμι, καὶ οὔτ' ἐπίτροπος, οὔτε συγγενὴς, οὔτε ἄλλος ὑδεὶς ἱκανὸς παραδοῦναί τ' δύναμιν ἧς ὑπιθυμεῖς, πλὴν ἐμοῦ, μὴ θεοῦ μέντοι. νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι σοι, ὦ πεὶν τοσαύτης ἐλπίδος γέμειν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ εἴα ὁ θεὸς ξυλέγεσθαι, ἵνα μὴ μάτην ξυλεγοίμιλυ, νῦν δὲ ἐφῆκε· νῦν γὰρ ἄν μου ἀκούσαις. ΑΛΚ. Πολὺ γέ μοι, ὦ Σώκρατες, νῦν ἀτοπώτερος φαίνῃ, ἐπειδὴ ἤρξω λέγειν, ἢ ὅτε σιγῶν εἶπου· καί τοι σφόδρα γε ἤθα ἰδεῖν καὶ τότε τοιοῦτος. εἰ μὲ οἶυ ἐγὼ ταῦτα ξυνοῦμαι ἢ μὴ, ὡς ἔοικε, διέγνωκας· καὶ ἐὰν μὴ φῶ, οὐδέν μοι ἔσῃ πλέον πρὸς ὃ πείθειν σε. εἶεν. εἰ δὲ δὴ ὁπμάλιςα ταῦτα ξυνενόημαι, πῶς ξυσὶ σῦ μοι ἔσῃ, καὶ ἄνδ σῦ οὐκ ἂν γένοιτο; ἔχεις λέγειν; ΣΩΚ. Αρα ἐρωτᾶς, εἴ τινα ἔχω εἰπεῖν λόγον μακρὸν, οἵους δὴ ἀκούειν εἰθισαι;

plurimum apud te posse confido, quum primum ostendero cunctis me digniorem esse: & neque tutorem, neque cognatum, neque alium quempiam præter unicum me, Deo favente, tibi eam potentiam, quam desideras, traditurum. Quamdiu igitur eras junior, necdum in spem tantam veneras, mea quidem sententia, Deus *me* tecum disputare prohibuit, ne frustra contenderem: nunc vero impulit: nunc enim me audieris. ALC. Longe mihi nunc absurdior videris, O Socrates, postquam loqui mecum cœpisti, quam dum tacitus me sequebaris; quanquam etiam tunc aspectu talis maxime videbare. Utrum igitur ego hæc mente versem necne, ita, ut videtur, pernovisti, ut si etiam negem, nihil tamen ulterius proficiam ad suadendum. Esto. Verum si hæc ipsa maxime intendo, quonam modo per te consequar, nec sine te ista perficientur? potesne dicere? SOC. Interrogasne an prolixum sermonem incepturus sim, quales audire solitus es?

ὃ γάρ ὄφη τοιοῦτον ὅ ἐμόν. Ἀλλ' ἐνδείξασθαι μέν σοι ὡς ἐγ' ὡμαι οἷός τ' ἂν εἶναι, ὅτι ταῦτα ὕτως ἔχει, ἐὰν ἐν μόνον μοι ἐθελήσῃς βραχὺ ὑπηρετῆσαι. ΑΛΚ. Ἀλλ' εἰγε δὴ μὴ χαλεπόν τι λέγεις τὸ ὑπηρέτημα, ἐθέλω. ΣΩΚ. Εἰ χαλεπὸν δοκεῖ τὸ ἀποκρίνασθαι τὰ ἐρωτώμενα; ΑΛΚ. Οὐ χαλεπόν. ΣΩΚ. Ἀποκρίνου δή. ΑΛΚ. Ἐρώτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὡς διανοουμένου σου ταῦτα ἐρωτῶ, ἃ φημί σε διανοεῖσθαι; ΑΛΚ. Ἐγωγε, εἰ βούλει ὕτως· ἵνα γ' εἰδῶ, ὅ, τι γ' ἐρεῖς.

δ'. ΣΩΚ. Φέρε δή· διανοῇ γάρ, ὡς ἐγώ φημι, παυσομένην συμβουλεύσων Ἀθηναίοις, ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου. εἰ οὖν μέλλοντός σου ἰέναι ἐπὶ τὸ βῆμα, προσέλθω ἐρήσομαι, Ω Ἀλκιβιάδη, ἐπειδὴ περὶ τίνων Ἀθηναῖοι διανοοῦνται βουλεύεσθαι, ἀνίστασαι συμβουλεύσων; ἆρ' ἐπειδὴ περὶ ὧν σὺ ἐπίστασαι βέλτιον ἢ οὗτοι; τί ἂν ἀποκρίναιο; ΑΛΚ. Εἰποιμ' ἂν δέ που, περὶ ὧν οἶδα βέλτιον ἢ οὗτοι. ΣΩΚ. Περὶ ὧν ἄρ' εἰδὼς τυγχάνεις, ἀγαθὸς ξύμ-

Neque vero id mei moris eſt. Atqui demonſtrare tibi poſſum, ut arbitror, hæc ita ſe habere, modo in hoc uno duntaxat mihi pauliſper obſequi velis. ALC. Niſi durum obſequium eſt, volo. SOC. Num difficile tibi videtur ad interrogata reſpondere? ALC. Nequaquam. SOC. Reſponde igitur. ALC. Interroga. SOC. An te interrogem tanquam ea, quæ cogitare te dixi, cogitantem? ALC. Eſto, ſi placet, ut tandem quid dicturus es ſciam.

4. SOC. Age itaque, cogitas enim, ut ſupra dixi, brevi adire Athenienſem populum, aliqua de re cum iis conſulturus. Si igitur te ad concionem iturum ego obvius interrogem, O Alcibiades, de qua re deliberantibus Athenienſibus, tu etiam ſimul deliberaturus aſſurgis? Utrum de iis quæ tu melius, quam illi, calles? Quid reſponderes ad hæc? ALC. Reſponderem ſane, de iis quæ melius novi ego, quam illi. SOC. Quæ igitur noſti,

βουλῷ εἶ; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξεῦρες; ΑΛΚ. Ποῖα δ' ἄλλα; ΣΩΚ. Ἐστὶν οὖν ὅπως ἂν πώποτε ἔμαθές τι, ἢ ἐξεῦρες, μήτε μανθάνειν ἐθέλων, μή τε αὐτὸς ζητεῖν; ΑΛΚ. Οὐκ ἔστι. ΣΩΚ. Τί δέ; ἠθέλησας ζητῆσαι ἢ μαθεῖν, ἃ ὤιησαι σὺ; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἆρ' ἃ νῦν τυγχάνεις ὠιημένος, ἦν χρόνος ὅτε οὐκ ἠγῶ εἰδέναι; ΑΛΚ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν ἄγε μεμάθηκας, σχεδόν τι καὶ ἐγὼ οἶδα· εἰ δέ τι ἐμὲ λέληθεν, εἰπέ. ἔμαθες γὰρ σύ γε (κἀγὼ μνήμιον ἐμοῦ) γράμματα, καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν· οὐ γὰρ δὴ αὐλεῖν γε ἤθελες μαθεῖν. ταῦτ' ἔστι ἃ σὺ ὤιησαι, εἰ μή που τί μανθάνων ἐμὲ λέληθας· οἶμαι δὲ ὥστε γε νύκτωρ, ὥστε μεθ' ἡμέραν ἐξιὼν ἔνδοθεν. ΑΛΚ. Ἀλλ' ἔγωγε πεφοίτηκα εἰς ἄλλων, ἢ τούτων ε'. ΣΩΚ. Πότερον οὖν ὅταν περὶ γραμμάτων Ἀθηναῖοι

de iis quoque es consultor bonus? ALC. Quidni? SOC. Nonne hæc sola cognoscis, quæ ab aliis didicisti, vel ipse per te invenisti? ALC. Quæ enim alia? SOC. Estne aliquid quod didiceris unquam vel inveneris, nisi vel discere vel ipse invenire velles? ALC. Non est. SOC. Nunquid voluisti unquam inquirere sive discere quæ te scire putabas? ALC. Nunquam. SOC. Quæ nunc scis, fuit quandoque tempus quando te ignorare putabas? ALC. Necesse est. SOC. Atqui quæ didicisti, ferme & ipse cognovi: quod si quid me fugerit, dicas. Didicisti enim, ut memini, literas, citharam pulsare, palæstram: nam tibia canere noluisti. Hæc sunt quorum tu scientiam habes: nisi forte aliquid me insscio didiceris, puto autem nec noctu, neque diu exisse te domo *me insscio*. ALC. Nullos præterquam horum *trium* præceptores audivi.

5. SOC. Num itaque si quando Athenienses de literis consultabunt, *scilicet* quo pacto

βουλεύωνται, ὥσ ἂν ὀρθῶς γράφοιεν, τότε ἀναστὰς αὐτοῖς συμβουλεύσων; ΑΛΚ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὅταν περὶ κρουμάτων ἐν λύρᾳ; ΑΛΚ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Οὐδὲ μὴν οὐδὲ περὶ παλαισμάτων γε εἰάσασι βουλεύεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ΑΛΚ. Οὐ μέντοι. ΣΩΚ. Ὅταν οὖν περὶ πηγῆς βουλεύωνται; οὐ γάρ που, ὅταν γε περὶ οἰκοδομίας. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οἰκοδόμος γὲ ταῦτά γε οὗ βέλτιον συμβουλεύσῃ. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐδὲ μὴν ὅταν περὶ μαντικῆς βουλεύωνται. ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Μάντις γὲ αὖ ταῦτα ἄμεινον, ἢ σύ. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἐάν τέ γε σμικρὸς ἢ μέγας ᾖ, ἐάν τε καλὸς ἢ αἰσχρός, ἔπι τε ἠνιαῖος ἢ ἀγενής. ΑΛΚ. Πῶς γὲ δή; ΣΩΚ. Εἰδότος γὲ οἶμαι περὶ ἑκάστου ἡ συμβουλὴ, οὐ δὲ πλουτοῦντος. ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἀλλ' ἐάν τε πένης, ἐάν τε πλούσιος ᾖ ὁ προιὼν, οὐδὲν διοίσει Ἀθηναίοις, ὅταν περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει βουλεύωνται, ὥσ ἂν ὑγιαίνοιεν, ἀλλὰ ζητήσουσιν

recte ſcribant, tunc conſultaturus iis aſſurges? ALC. Non per Jovem. SOC. At quum de lyra pulſanda? ALC. Nullo modo. SOC. Neque de palæſtris etiam in concione diſceptare conſueverunt. ALC. Minime. SOC. Qua de re igitur conſultantibus *accedes?* non enim quum de ædificiis. ALC. Non certe. SOC. Ædificator enim melius quam tu conſulet. ALC. Ita. SOC. Neque tamen quum de vaticinio diſceptabunt. ALC. Nequaquam. SOC. Fatidicus enim hæc melius quam tu. ALC. Melius. SOC. Seu parvus, ſeu magnus, ſeu formoſus, ſeu deformis, ſeu nobilis, ſive ignobilis ſit. ALC. Certe. SOC. Scientis enim eſſe arbitror non divitis, de unoquoque conſulere. ALC. Quidni? SOC. Atque ideo ſeu dives ſit ſive pauper ille qui monet, nihil intererit apud Athenienſes, quando deliberabunt qua ratione cives recte ſe habeant, ſed quærent duntaxat

ἰατρὸν εἶναι τὸν σύμβουλον. ΑΛΚ. Εἰκότως γε. ΣΩΚ. Ὅταν οὖν περὶ τίνος σκοπῶνται, τότε σὺ ἀναστήσῃ, ὡς συμβουλεύσων, ὀρθῶς ἀναστήσῃ; ΑΛΚ. Ὅταν περὶ τῶν ἑαυτῶν, ὦ Σώκρατες, πραγμάτων. ΣΩΚ. Τῶν δὲ ναυπηγίας λέγεις, ὁποίας τινὰς χρὴ αὐτοὺς τὰς ναῦς ναυπηγεῖσθαι; ΑΛΚ. Οὐκ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ναυπηγεῖν γὰρ οἶμαί σε οὐκ ἐπίστασθαι. τῶν τί οὖν; ἢ ἄλλό τι; ΑΛΚ. Οὔκ· ἀλλὰ τοῦτο. ΣΩΚ. Ἀλλὰ περὶ ποίων τῶν ἑαυτῶν λέγεις πραγμάτων ὅταν βουλεύωνται; ΑΛΚ. Ὅταν περὶ πολέμου, ὦ Σώκρατες, ἢ περὶ εἰρήνης, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. ΣΩΚ. Ἆρα λέγεις, ὅταν βουλεύωνται πρὸς τίνας χρὴ εἰρήνην ποιεῖσθαι; καὶ πῶς πολεμεῖν; καὶ πόσα τρόπον; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Χρὴ δ', οἷς βέλτιον. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ τότε, ὁπότε βέλτιον. ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Καὶ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἄμεινον. ΑΛΚ. Ναί.

ut medicus ſit conſultor. ALC. Et merito. SOC. Qua de re igitur iis deliberantibus tu idoneus conſultor eris? ALC. Quando de negotiis ſuis deliberabunt. SOC. An quum de re navali quærent, quales oportet naves fabricare? ALC. Non, O Socrates. SOC. Naves enim opinor ædificare neſcis. Eſtne hæc cauſa, an aliud quiddam? ALC. Nihil aliud. SOC. At vero de quibus ſuis negotiis dicebas? ALC. Quum de Bello, O Socrates, vel Pace, aut alio quopiam civitatis negotio. SOC. Num dicis cum diſputabunt quibuſcum pax ineunda ſit; & adverſus quos bellum gerendum; & quo pacto? ALC. Profecto. SOC. Oportet autem iis, quibus melius eſt, *hæc indicere.* ALC. His ipſis. SOC. Et tunc, quando melius. ALC. Omnino. SOC. Et tamdiu, quamdiu melius. ALC. Certe.

ς'. ΣΩΚ. Εἰ οὖν βουλεύοιντο Ἀθηναῖοι, πότε χρὴ προπαλαίειν, ἢ πῶς ἀκροχειρίζεσθαι, ἢ τίνα τρόπον, σὺ ἄμεινον ἂν συμβουλεύοις, ἢ ὁ παιδοτρίβης; ΑΛΚ. Ὁ παιδοτρίβης δήπου. ΣΩΚ. Ἐχεις οὖν εἰπεῖν, προὸς τί βλέπων ὁ παιδοτρίβης συμβουλεύσειεν οἷς δεῖ προσπαλαίειν, καὶ οἷς μή, καὶ ὁπότε, καὶ ὅν τινα τρόπον; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· ἆρα τούτοις δεῖ προσπαλαίειν οἷς βέλτιον, ἢ οὔ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρα καὶ τοσαῦτα, ὅσα ἄμεινον; ΑΛΚ. Τοσαῦτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τότε, ὅτε ἄμεινον; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν καὶ ᾄδοντα δεῖ κιθαρίζειν ποτὲ προὸς τὸ ᾄδειν καὶ βαίνειν. ΑΛΚ. Δεῖ γάρ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τότε, ὁπότε βέλτιον; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ τοσαῦτα, ὅσα βέλτιον; ΑΛΚ. Φημί. ΣΩΚ. Τί οὖν; ἐπειδὴ βέλτιον μὲν ὀνόμαζεις ἐπ' ἀμφοτέροις, τῷ τε κιθαρίζειν προὸς τὸ ᾄδειν, καὶ τῷ προσπαλαίειν, πότερα κελεῖς τὸ ὂν τῷ ὀρθῶς κιθαρίζειν βέλτιον;

6. SOC. Si ergo conſulerent Athenienſes quibuſcum luctatione, & quibuſcum ſummis digitis, & quemadmodum, certandum ſit, tune melius, an gymnaſii magiſter, conſuleres? ALC. Gymnaſii magiſter. SOC. Poteſne igitur dicere, quonam reſpiciens gymnaſii magiſter conſulturus ſit quibuſcum luctandum ſit, vel non; & quando; & quo pacto? Hoc dico; num cum iis certandum, quibuſcum *certare* melius *eſſet?* an non? ALC. Certe. SOC. Et quamdiu melius? ALC. Tamdiu. SOC. Et tunc, quum melius? ALC. Prorſus. SOC. Quinetiam cantorem oportet nonnunquam pulſare citharam & ſaltare ad cantilenam? ALC. Oportet. SOC. Nonne tunc quum eſt melius? ALC. Tunc certe. SOC. Et tantum quantum melius? ALC. Confiteor. SOC. Quid ergo: ſi quidem melius quiddam in utriſque dixiſti, tum in citharæ cantu tum in luctatione, quid vocas

ὥσπερ ἐγὼ τὸ σὺ ᾧ παλαίειν καλῶ γυμναστικόν· σὺ δ' ἐκεῖνο τί καλεῖς; ΑΛΚ. Οὐκ οἶδ' ὅ. ΣΩΚ. Ἀλλὰ πειρῶ ἐμὲ μιμεῖσθαι. ἐγὼ γάρ που ἀπεκρινάμην, τὸ μᾶλλον πάντως ὀρθῶς ἔχον. ὀρθῶς δὲ δή που ἔχει, τὸ κατὰ τὴν τέχνην γιγνόμενον. ἢ οὔ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἡ δὲ τέχνη, ἡ γυμναστικὴ ἦν; ΑΛΚ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩΚ. Ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι σοὶ δοκεῖ τῷ παλαίειν βέλτιον, γυμναστική. ΑΛΚ. Εἶπες γάρ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καλῶς; ΑΛΚ. Ἐμοί γε δοκεῖ. ΣΩΚ. Ἴθι καὶ σὺ (πρέπει γάρ ἄν που καὶ σοὶ τὸ καλῶς μᾶλλέγεσθαι) εἰπὲ πρῶτον τίς ἡ τέχνη, ἧς τὸ κιθαρίζειν καὶ τὸ ᾄδειν καὶ τὸ ἐμβαίνειν ὀρθῶς· σκόπασα, τίς καλεῖται; οὔπω δύνασαι εἰπεῖν; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὧδε πειρῶ. τίνες αἱ θεαί, ὧν ἡ τέχνη; ΑΛΚ. Τὰς Μούσας, ὦ Σώκρατες, λέγεις; ΣΩΚ. Ἔγωγε. ὅρα δή· τινα ἀπ' αὐτῶν ἐπωνυμίαν ἡ τέχνη

illud in cithara recte pulsanda melius quiddam? Nam ego melius illud in luctatione gymnasticum voco. Tu autem illud quid *vocas?* ALC. Haud intelligo. SOC. Sed conare me imitari. Ego enim *melius illud esse* respondebam, quod per omnia recte se habet. Recte vero se habet, quod secundum artem fit: nonne? ALC. Certe. SOC. Ars autem illa nonne erat gymnastica? ALC. Quidni? SOC. Ego autem id, quod melius est in palæstra, vocavi gymnasticum. ALC. Vocasti quidem. SOC. Annon recte? ALC. Mihi videtur. SOC. Age igitur & tu (decet enim te quoque recte differere) dic primum quænem ars erit *illa*, ad quam pertinet recte citharam pulsare, cantare, saltare. Universa hæc ars quomodo nuncupatur? nondum potes dicere? ALC. Nondum. SOC. Verum sic enitere; quænam sunt Deæ quarum hæc est ars? ALC. Musasne, Socrates, ais? SOC. Equidem: vide jam quodnam ab his cognomentum ars illa

ἔχει; ΑΛΚ. Μουσικήν μοι δοκεῖς λέγειν. ΣΩΚ. Λέγω γάρ. τί δὲ τὸ κατ' ταύτην ὀρθῶς γιγνόμενον ἔστιν; ὥσπερ ἐκεῖ ἐγώ σοι ὃ κατ' τὴν τέχνην ἔλεγον ὀρθῶς, τὴν γυμναστικήν· καὶ σὺ δὴ οὕτω σὺ ἐνταῦθα τί φῂς; πῶς γίγνεσθαι; ΑΛΚ. Μουσικῶς μοι δοκεῖ. ΣΩΚ. Εὖ λέγεις. Ἰθι δή, τὸ ὃ ἐν ᾧ πολεμεῖν βέλτιον, τὸ ὃ ἐν ᾧ εἰρήνην ἄγειν, τοῦτο ὃ βέλτιον, τί ὀνομάζεις; ὥσπερ ἐκεῖ ἐφ' ἑκάστῳ ἔλεγες τῷ ἀμείνονι, ὅτι μουσικώτερον· καὶ ὅπῃ τῷ ἑτέρῳ, ὅτι γυμναστικώτερον, πειρῶ δὴ καὶ ἐνταῦθα λέγειν τὸ βέλτιον. ΑΛΚ. Ἀλλ' οὐ πάνυ τι ἔχω. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μέν τοι αὖ ὀκνῶ γε, εἰ μέν τίς σε λέγοντα καὶ συμβουλεύοντα περὶ σιτίων, ὅτι βέλτιον τόδε τοῦδε, καὶ νῦν, καὶ τοσοῦτον, ἔπειτα ἐρωτήσειε, τί τὸ ἄμεινον λέγεις, ὦ Ἀλκιβιάδη; περὶ μὲν τούτων ἔχειν εἰπεῖν, ὅτι τὸ ὑγιεινότερον· καὶ τοι ἐν τοιούτῳ γε ἰατρὸς εἶ· περὶ δὲ ὃ τροφοποιῇ ὀψοποιῶν εἶ, καὶ συμβουλεύεις ἀνιᾷ με-

trahat. ALC. Muſicam dicere videris. SOC. Dico utique. Quid igitur eſt, quod ſecundum hanc recte fit? quemadmodum ibi dixi ego tibi id, quod ſecundum artem recte fieret, gymnaſticam ſcilicet: Tu quoque in hac eodem modo melius quid vocas? & quomodo fit? ALC. Muſice, ut mihi videtur. SOC. Bene dicis. Age jam, id quod in bello melius eſt & quod in pace melius, quid vocas; quemadmodum ſuperius dixiſti, in unoquoque quid melius eſſet: in hoc quidem quod muſicum magis, in illo vero quod magis gymnaſticum; conare in his ſimiliter, quid melius ſit, pronunciare. ALC. Non habeo quid dicam. SOC. At vero turpe eſt, ſi quis te de cibis conſultantem & aſſerentem, meliorem hunc illo eſſe, & quando & quantus, deinde interroget, Quid melius ipſum, O Alcibiades, vocas? habere quod reſpondeas; videlicet, id quod ſalubrius; quamvis te medicum eſſe non profitearis: in illo vero cujus te peritum eſſe gloriaris, & de quo

γ(Θ)ν, ὡς εἰδὼς, τούτου δὲ, ὡς ἔοικας, περὶ ἐρωτηθεὶς, ἐὰν μὴ ἔχῃς εἰπεῖν, οὐκ αἰσχύνῃ; ἢ οὐκ αἰσχρὸν φανεῖται; ΑΛΚ. Πάνυ γε.

ζ'. ΣΩΚ. Σκόπει δὴ καὶ προθυμοῦ εἰπεῖν, πρὸς τί τείνει, τὸ ἐν τῷ εἰρηνεύειν τε ἄγειν ἄμεινον, καὶ τὸ ἐν τῷ πολεμεῖν οἷς δεῖ. ΑΛΚ. Ἀλλὰ σκοπῶν οὐ δυνάμαι ἐννοῆσαι. ΣΩΚ. Οὐ δ' οἶσθα, ἐπειδὰν πόλεμον ποιώμεθα, ὅ, τι ἐγκαλοῦντες ἀλλήλοις πάσχομεν ἐρχόμεθα ἐπὶ τὸ πολεμεῖν; καὶ ὅ, τι αὐτὸ ὀνομάζοντες ἐρχόμεθα; ΑΛΚ. Ἐγωγε, ὅτι ἐξαπατώμενοί τι, ἢ βιαζόμενοι, ἢ ἀποστερούμενοι. ΣΩΚ. Ἐχε, πῶς ἔχεις τούτων πάσχοντες; πειρῶ εἰπεῖν τί διαφέρει τὸ ὧδε, ἢ ὧδε. ΑΛΚ. Εἰ τὸ ὧδε λέγεις, ὦ Σώκρατες, τὸ δικαίως ἢ ἀδίκως; ΣΩΚ. Αὐτὸ τοῦτο· ΑΛΚ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε διαφέρει ὅλον τε καὶ πᾶν. ΣΩΚ. Τί οὖν; Ἀθηναίοις σὺ πρὸς πότερα συμβουλεύσεις πολεμεῖν; τοὺς ἀδικουμένους, ἢ τοὺς δικαίως

consultaturus assurgis, deesse tibi quod respondeas interrogatus: nonne, inquam, turpe hoc est? ALC. Turpissimum.

7. SOC. Considera itaque, & conare dicere, quorsum tendit illud melius in pace & bello, quibuscum, & contra quos, oportet, instituendo? ALC. Etsi quæro, nequeo tamen invenire. SOC. Animadvertisti, quum bellum gerimus, quid sit quod mutuo criminantes ad bellum proficiscimur, & quomodo id, cujus gratia suscipitur bellum, vocemus? ALC. Animadverti equidem ad arma nos provocari, quum vel decepti, vel coacti, vel aliqua re spoliati sumus. SOC. Age, quommodo hæc singula patientes? num interest, utrum hoc vel illo modo? ALC. Quum dicis hoc vel illo modo, intelligis, juste vel injuste? SOC. Id ipsum. ALC. Omnino quidem hoc totum differt. SOC. Age, adversus quos ut bellum ineant Athenienses, hortaberis? adversus injuriosne

πρὸς τοὺς; ΑΛΚ. Δεινὸν τοῦτό γε ἐρωτᾷς· εἰ γὰρ καὶ διανοεῖταί τις ὡς δεῖ πρὸς τοὺς τὰ δίκαια πράττοντας πολεμεῖν, οὐκ ἂν ὁμολογήσειε γε. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ νόμιμον τοῦθ', ὡς ἔοικεν. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα, οὐδέ γε καλὸν δοκεῖ εἶναι. ΣΩΚ. Περὶ ταῦτ' ἄρα καὶ σὺ ὃ δίκαιον τοὺς λόγους ποιήσῃ; ΑΛΚ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ἄλλοσε οὖν (ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἠρώτων) βέλτιον πρὸς τὸ πολεμεῖν καὶ μή, καὶ οἷς δεῖ, καὶ οἷς μή, καὶ ὁπότε καὶ μή, ἢ τὸ δικαιότερον τυγχάνει ὄν; ἢ οὔ; ΑΛΚ. Φαίνεταί γε. ΣΩΚ. Πῶς, ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη; πότερον σαυτὸν λέληθας ὅτι οὐκ ὀπίσασιν τοῦτο; ἢ ἐμὲ ἔλαθες μανθάνων, καὶ φοιτῶν εἰς διδασκάλου ὃς σε ἐδίδασκε διαγινώσκειν τὸ δικαιότερόν τε καὶ ἀδικώτερον; ἢ τίς ἐστιν οὗτος φράσον καὶ ἐμοί, ἵνα αὐτῷ φοιτητὴν προξενήσῃς ἐμέ. ΑΛΚ. Σκώπτεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Μὰ τὸν Φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ὀμοσαίμην. Ἀλλ' εἴπερ ἔχεις, εἰπὲ τίς ἐστι; ΑΛΚ. Τί δ' εἰ

an juſtos? ALC. Durum eſt id quod interrogas: nam & ſi quis cogitet bellum adverſus eos gerendum, qui juſte agunt, non hoc tibi confitebitur. SOC. Non enim legitimum hoc, ut videtur. ALC. Minime, nec honeſtum quidem apparet. SOC. Hic igitur tu de juſto verba facies? ALC. Neceſſe eſt. SOC. Aliudne igitur illud melius eſt, de quo modo quærebam, in bello gerendo aut non, & quibuſcum oportet vel non, & quando oportet vel non, quam quod juſtius? ALC. *Id ipſum* videtur. SOC. At vero, mi amice Alcibiades, num te præterit, quod hoc ignoras? vel ſi me inſcio ad præceptorem profectus es, unde dijudicare didiceris quid juſtius, & quid injuſtius; age & mihi illum oſtende, ut ei me diſcipulum atque hoſpitem facias. ALC. Cavillaris, mi Socrates. SOC. Non per Deum mihi & tibi Amicum, per quem minime pejerarem: ſed ſi potes, dic quiſnam ſit. ALC. Quid

1 F. τοῦτ'.

μὴ ἔχω; Οὐκ ἂν οἴει με ἄλλως εἰδέναι ᾧ εἶ δικαίων καὶ ἀδίκων; ΣΩΚ. Ναί, εἴγε εὕροις. ΑΛΚ. Αλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἡγῇ; ΣΩΚ. Καὶ μάλα γε, εἰ ζητήσαις. ΑΛΚ. Εἶτα, ζητῆσαι οὐκ ἂν οἴει με; ΣΩΚ. Εγωγε, εἰ οἰηθείης γε μὴ εἰδέναι. ΑΛΚ. Εἶτα ὅκ ἦν ὅτε ὅκ εἶχον ὅτω; ΣΩΚ. Καλῶς λέγεις. ἔχεις οὖν εἰπεῖν τῶτον τ' χρόνον, ὅτε ὅκ ᾠὸ εἰδέναι τὰ δίκαια ἢ τὰ ἄδικα; φέρε πέρυσιν ἐζήτεις τε ἢ ὅκ ᾠὸ εἰδέναι, ἢ ᾠὸ; ἢ τἀληθῆ ἀποκείνῳ, ἵνα μὴ μάτλιω οἱ ξυλλογοι γίγνωνται. ΑΛΚ. Αλλ' ᾠμλιω εἰδέναι. ΣΩΚ. Τρίτον δὲ ἔτ, καὶ τέταρτον, ἢ πέμπτον, ὄχ ὅτως; ΑΛΚ. Εγωγε. ΣΩΚ. Αλλὰ μλὺ τόγε πρότερον, πῶς ἴσθα· ἢ γὰρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τότε μὲν τοίνυν ἔ οἶδα ὅτι ᾠου εἰδέναι. ΑΛΚ. Πῶς ἐ οἶσθα; ΣΩΚ. Πολλάκις σε ἐν διδασκάλων ἤκουον παιδὸς ὄντος ἢ ἄλλοθι, ἢ ὁπότε ἀφαγαλίζοις

si non possim? nonne putas aliter me justa atque injusta dignoscere posse? SOC. Imo, si quidem inveneris. ALC. Annon censes invenisse me? SOC. Et maxime quidem, modo quæsiveris. ALC. Deinde non credis me quæsîsse? SOC. Credo equidem, modo te ignorare putaveris. ALC. Annon itaque fuit tempus, cum non essem ita persuasus? SOC. Bene dicis; sed potesne assignare nobis id tempus, quando non rebaris te justorum atque injustorum cognitionem habere? age; anno superiori quæsîsti, utpote non putans te hæc scire; necne? Ac verum responde, ne frustra disputatio instituatur. ALC. Putabam scire. SOC. Tertio vero abhinc anno, & quarto, & quinto, nonne eodem pacto? ALC. Eodem. SOC. Atqui ante hæc tempora eras puer; nonne? ALC. Certe. SOC. Scio equidem te tunc hæc nosse putavisse. ALC. Quomodo scis? SOC. Sæpenumero te puerum audivi apud magistros, tum alibi, tum quando in calcu-

ἢ ἀλλήλῳ τινα παιδιὰν παίζοις, ὄχ ὡς ἀποροῦντος περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ μάλα μέγα καὶ θαρραλέως λέγοντος περὶ ὅτου τύχοις τῶν παίδων, ὡς πονηρός τε καὶ ἄδικος εἴη, καὶ ὡς ἀδικοῖ. ἢ οὐκ ἀληθῆ λέγω; ΑΛΚ. Ἀλλὰ τί ἔμελλον ποιεῖν, ὦ Σώκρατες, ὁπότε τίς με ἀδικοῖ; ΣΩΚ. Σύ δ', εἰ τύχοις ἀγνοῶν εἴτε ἀδικοῖο εἴτε μή, τότε λέγεις τί σε χρὴ ποιεῖν; ΑΛΚ. Μὰ Δί', ἀλλ' οὐκ ἠγούμην ἔγωγε, ἀλλὰ σαφῶς ἐγίγνωσκον ὅτι ἠδικούμην. ΣΩΚ. Ὡς ἄρα βρέφος καὶ παῖς ὤν, ὡς ἔοικε, τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα; ΑΛΚ. Ἐγωγε, καὶ ἠπιστάμην γε. ΣΩΚ. Ἐν ὁποίῳ χρόνῳ ἐξηῦρες; οὐ γὰρ δήπου ἐν ᾧ γε ᾤου εἰδέναι. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Πότε οὖν ἀγνοεῖν ἔφης; σκόπει. οὐ γὰρ εὑρήσεις τοῦτον τὸν χρόνον. ΑΛΚ. Μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔχω ἔγωγε εἰπεῖν. ΣΩΚ. Εὑρὼν μὲν ἄρα οὐκ οἶσθα αὐτά;

lorum jactu cæteriſque puerilibus ſtudiis exercereris, non tanquam de juſtis atque injuſtis dubitantem, verum magna voce & audacter loquentem de quocunque puero ſermo incidiſſet, quod malus & injuſtus eſſet, & injuſte ageret. Num vera loquor? ALC. Quid me oportebat facere, Socrates, cum quis injuria me afficeret? SOC. Tu vero ſi ignorares, utrum injuria inferatur, necne, deinde quid te facere oporteat rogites? ALC. Per Jovem, non ignorabam ego, ſed plane intelligebam injuriam mihi fieri. SOC. Ergo putabas, etiam dum eſſes puer, juſta te & injuſta ſcire. ALC. Et ſciebam equidem. SOC. Quo in tempore inveneras? Non enim in illo cum te ſcire credebas. ALC. Nequaquam. SOC. Quando igitur hæc ignorare putabas? Conſidera, non enim id tempus invenies. ALC. Per Jovem, Socrates, quod dicam non habeo. SOC. Non ergo inveniendo illa noſti.

ΑΛΚ. Οὐ πάνυ φαίνομαι. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν ἄρτι γε οὐδὲ μαθὼν ἔφησθα εἰδέναι· εἰ δὲ μήτε εὗρες, μήτε ἔμαθες, πῶς οἶσθα καὶ πόθεν;

η'. ΑΛΚ. Ἀλλ' ἴσως τοῦτό σοι οὐκ ὀρθῶς ἀπεκρινάμην, τὸ φάναι εἰδέναι αὐτὸς ὑπόρων. ΣΩΚ. Τὸ δὴ πῶς εἶχεν; ΑΛΚ. Ἔμαθον οἶμαι καὶ ἐγὼ ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι. ΣΩΚ. Πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν ἥκομεν λόγον. πῶς τοῦ; φράζε καὶ μοί. ΑΛΚ. Παρὰ τῶν πολλῶν. ΣΩΚ. Οὐκ εἰς σπουδαίους γε διδασκάλους καταφεύγεις, εἰς σὺ πολλοὺς ἀναφέρων. ΑΛΚ. Τί δέ; οὐχ ἱκανοὶ διδάξαι οὗτοι; ΣΩΚ. Οὔκουν τὰ πεπευσμένα γε, ἢ τὰ μή. καίτοι φαυλότερα αὐτὰ εἶναι τῶν δικαίων οἶμαι. τί δέ; σὺ οὐχ οὕτως οἴει; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Εἶτα τὰ μὲν φαυλότερα οἷόν τε διδάσκειν, τὰ δὲ σπουδαιότερα; ΑΛΚ. Οἶμαι ἔγωγε. ἄλλα γοῦν πολλὰ οἷοί τ' εἰσὶ διδάσκειν σπουδαιότερα τοῦ πεπεύσεν. ΣΩΚ. Ποῖα ταῦτα; ΑΛΚ.

ALC. Non, ut videtur. SOC. Sed paulo ante neque discendo te hæc cognovisse dicebas: quod si nec invenisti nec didicisti, quonam pacto & unde tenes?

8. ALC. Forte haud recte respondebam, cum scire me inveniendo asserui. SOC. Id vero quo pacto habet? ALC. Didici ipse quoque, ut arbitror, quemadmodum cæteri. SOC. Rursus in idem relabimur: dic mihi enim a quo didicisti. ALC. A vulgo. SOC. Non ad probatos refugis præceptores, cum ad vulgus te refers. ALC. Annon sufficiunt ad docendum etiam hi? SOC. Ne ea quidem quæ talarem ludum attinent, aut non attinent: etsi viliora hæc sunt quam justa. Annon sic tu quoque putas? ALC. Puto. SOC. Ergo majora docere possunt, viliora non possunt? ALC. Arbitror equidem. Enimvero multa docere possunt ludo talari meliora. SOC. Quænam ista? ALC.

Οἷον καὶ ἑλληνίζειν παρὰ τούτων ἔγωγε ἔμαθον. καὶ οὐκ ἂν ἔχοιμι ἑμαυτῷ εἰπεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' εἰς σὲ αὐτοὺς ἀναφέρω, ὃς σὺ φὴς οὐ πεπαιδεῦσθαι. ΣΩΚ. Ἀλλ', ὦ βέλτιστε, τάδε μὲ ἀγαθοὶ διδάσκαλοι οἱ πολλοί, καὶ δικαίως ἐπαινοῦντ' ἂν αὐτῶν εἰς διδασκαλίαν. ΑΛΚ. Τί δή; ΣΩΚ. Οτι ἔχουσι περὶ αὐτά, ἃ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς διδασκάλους ἔχειν. ΑΛΚ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Οὐκ οἶσθ' ὅτι χρὴ τοὺς μέλλοντας διδάσκειν ὅπουν αὐτοὺς παρέχειν εἰδέναι; ἢ οὔ; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοὺς εἰδότας, ὁμολογεῖν τε ἀλλήλοις καὶ μὴ διαφέρεσθαι; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Εν οἷς δ' ἂν διαφέρωνται, ταῦτα φήσεις εἰδέναι αὐτούς; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Τότων δὴ διδάσκαλοι πῶς ἄν εἶεν; ΑΛΚ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Τί δή; δοκοῦσί σοι διαφέρεσθαι ἃ πολλοὶ ποιόν ὄντι λίθος ἢ ξύλον, καὶ ἂν τινα ἐρωτᾷς; ἆρ' ἃ ταυτὰ ὁμολογοῦσι καὶ ὅτι ταυτὰ ὁρμῶσιν, ἐὰν βούλωνται λαβεῖν λίθον ἢ ξύλον; ὡσαύτως καὶ πάνθ' ὅσα

Videlicet Græce loqui: Ab iis enim didici, nec præceptorem ullum habui præter illos, quos tu magistros haud satis esse probatos dicis. SOC. At, vir generose, hujus quidem rei vulgus idonei sunt præceptores, & merito ob hanc doctrinam laudentur. ALC. Cur? SOC. Quoniam ea habent ad has res pertinentia, quæ bonos decet præceptores habere. ALC. Quid hoc? SOC. Nonne scis oportere illos, qui aliquid docturi sunt, priusquam doceant, rem ipsos intelligere? ALC. Quidni? SOC. Et cum intelligant, consentire sibi neque diffidere? ALC. Ita. SOC. In quibus vero dissentiunt, ea scire illos dices? ALC. Minime. SOC. Horum ergo quomodo magistri sint? ALC. Nullo modo. SOC. Videturne itaque tibi dissentire multitudo, si quando interrogetur quid lapis, aut quid lignum sit? annon idem fatentur, in idemque feruntur omnes, cum lignum volunt aut lapidem capere? atque eodem pacto quoad cuncta hujusmo-

ποιαῦτα. οἶδὰ γάρ τοι μανθάνω, ὃ ἑλληνίζειν ἐπίσασθε, ὅτι τοῦτο λέγεις. ἢ οὔ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰς μὲν ταῦτα, ἅπερ εἴπομεν, ἀλλήλοις τε ὁμολογοῦσι καὶ αὐτοὶ αὑτοῖς ἰδίᾳ, καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις πρὸς ἀλλήλας οὐκ ἀμφισβητοῦσιν, αἱ μὲν ταυτὰ, αἱ δ' ἄλλα φάσκουσιν. ΑΛΚ. Οὐ γάρ. ΣΩΚ. Εἰκότως ἂν ἄρα τούτων καὶ διδάσκαλοι εἶεν ἀγαθοί. ΑΛΚ. Ναί.

ζ'. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰ μὲν βουλόμεθ' ἂν ποιῆσαί τινα σφῶν αὐτῶν εἰδέναι, ὀρθῶς ἂν αὐτὸν πέμποιμεν εἰς διδασκαλίαν τῶν τ' πολλῶν; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Τί δ' εἰ βουληθείημεν εἰδέναι μὴ μόνον ποῖοι ἄνθρωποί εἰσιν, ἢ ποῖοι ἵπποι, ἀλλὰ καὶ τίνες αὐτῶν δρομικοί τε καὶ μή, ἆρα ἔτι ἂν πολλοὶ τοῦτο ἱκανοὶ διδάξαι; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἱκανὸν δέ σοι τεκμήριον ὅτι οὐκ ἐπίστανται, ὅδε κρήγυοι διδάσκαλοί εἰσι τούτων, ἐπειδὴ ὅδε ὁμολογοῦσιν ἑαυτοῖς περὶ αὐτῶν. ΑΛΚ. Ἐμοιγε. ΣΩΚ.

di? Intelligo enim ferme illud, Græce Scire, hoc te ſenſu ſignificaſſe; nonne? ALC. Revera. SOC. Nonne ergo conſentiunt, ut diximus, & ſinguli privatim, & publice civitates, ſecum invicem; neque dubitant, aliæ quidem hoc, aliæ illo ea nomine appellantes? ALC. Non *dubitant*. SOC. Merito ergo horum idonei præceptores eſſent. ALC. Nempe.

9. SOC. Itaque ſiquidem in his vellemus aliquem eruditum efficere, recte hunc in hujuſce multitudinis diſciplinam mitteremus. ALC. Prorſus. SOC. Porro; ſi noſſe vellemus non modo quinam ſint homines aut quinam equi *ſint*, verum etiam quinam ex illis maxime curſu valeant, & qui non, nunquid vulgus in hac re erudire *nos* poterit? ALC. Nequaquam. SOC. Idoneum nempe argumentum erit, quod nec ſciant, neque apti horum præceptores ſint, quoniam de iis inter ſe nequaquam conveniunt. ALC. Ita mihi videtur. SOC.

Τί δ' εἰ βουληθείημεν εἰδέναι μὴ μόνον ποῖοι ἄνθρωποι εἰσὶν, ἀλλ' ὁποῖοι ὑγιεινοὶ ἢ νοσώδεις, ἆρα ἱκανοὶ ἂν ἡμῖν ἦσαν διδάσκαλοι ⓐ πολλοί; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἦν δ' ἄν σοι τεκμήριον ὅτι μοχθηροί εἰσι τούτων διδάσκαλοι, εἰ ἑώρας αὐτοὺς ξυμφερομένους. ΑΛΚ. Ἐμοιγε. ΣΩΚ. Τί δὲ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων ἀνθρώπων καὶ πραγμάτων; ⓑ πολλοὶ δοκοῦσί σοι ὁμολογεῖν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἢ ἀλλήλοις; ΑΛΚ. Ἥκιστα νὴ Δί', ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Τί δαί; μάλιστα περὶ αὐτῶν ξυμφέρεσθε; ΑΛΚ. Πολύ γε. ΣΩΚ. Οὔκουν οἶμαί γε πώποτέ σε ἰδεῖν, ὃς ἀκούσας σφόδρα οὕτω ξυμφερομένους ἀνθρώπους περὶ ὑγιεινῶν καὶ μή, ἅτε ξυμφερομένους ταῦτα μάχεσθαί τε καὶ ἀποκτιννύναι ἀλλήλους. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀλλὰ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἔγωγε οἶδ' ὅτι (καὶ εἰ μὴ ἑώρακας) ἀκήκοας γοῦν ἄλλων τε πολλῶν καὶ Ὁμήρου. καὶ Ὀδυσσείας γὰρ καὶ Ἰλιάδος ⓒ ἀκήκοας. ΑΛΚ. Πάν-

Porro, ſi noſſe velimus non tantum quinam ſint homines, ſed quinam valeant, aut qui ægrotent, nunquid hoc ſatis apte multitudo doceret? ALC. Non SOC. Harum quippe rerum eos peſſimos eſſe præceptores facile adverteres, ſi diſcordes eorum opiniones conſideraveris. ALC. Sane. SOC. Præterea; de juſtis hominibus atque rebus, num qui e vulgo ſunt aut ſecum ipſis, aut ſecum invicem, conſentiant? ALC. Minime per Jovem, O Socrates. SOC. At in iis magnopere diſcrepant? ALC. Summopere. SOC. Arbitror nec vidiſſe te unquam, nec audiviſſe homines de ſanis & ægrotis inter ſe adeo diſſentire, ut ob iſta & bellum gererent, & ſe invicem interimerent. ALC. Nunquam. SOC. Cæterum de juſtis atque injuſtis quam acriter diſſentiant, etſi ipſe, ut arbitror, non vidiſti, audiſti tamen cum ex aliis multis, tum etiam ex Homero: nam Odyſſæam atque Iliada audiviſti.

πως δήπου, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ταῦτα ποιήματά ἐστι περὶ διαφορᾶς δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ αἱ μάχαι γε καὶ οἱ θάνατοι, περὶ ταύτην τὴν διαφοράν, τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν ἐγένοντο, καὶ τοῖς μνηστῆρσι, τοῖς τῆς Πηνελόπης, καὶ ᾧ Ὀδυσεῖ. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οἶμαι δὲ καὶ τοῖς ἐν Τανάγρᾳ Ἀθηναίων τε καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ἀποθανοῦσι, καὶ τοῖς ὕστερον ἐν Κορωνείᾳ, ἐν οἷς καὶ ὁ σὸς πατὴρ Κλεινίας ἐτελεύτησεν, ἆρ' ἐπὶ περὶ ἑνὸς ἄλλου διαφορᾶς, ἢ περὶ τοῦ δικαίου τε καὶ ἀδίκου, οὗτοι θανάτους καὶ τὰς μάχας ἐποιήσαντο; ἢ γάρ; ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Τούτους δὴ φῶμεν ἐπίστασθαι περὶ ὧν ὅτε σφόδρα διαφέρονται, ὥστε ἀμφισβητοῦντες ἀλλήλοις τὰ ἔσχατα σφᾶς αὐτοὺς ἐργάζονται; ΑΛΚ. Οὐ φαίνεταί γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰς τοὺς τοιούτους διδασκάλους ἀναφέρεις, οὓς ὁμολογεῖς αὐτὸς μὴ εἰδέναι; ΑΛΚ. Ἔοικα. ΣΩΚ. Πῶς οὖν εἰκός σε εἰ-

ALC. Omnino, O Socrates. SOC. Nonne igitur hæc omnia poemata ſunt de juſti atque injuſti diſcrimine? ALC. Sunt. SOC. Pugnæque & interitus ob eandem profecto diſſentionem inter Achivos Trojanoſque fuerunt, eademque ratione inter procos Penelopes & Ulyſſem. ALC. Vera refers. SOC. Reorque & inter Athenienſes, Lacedæmonas, atque Bœotios, tum eos qui prius in Tanagra, tum qui poſtea in Coronea perierunt, ubi etiam pater tuus Clinias oppetiit, nulla alia de re quam de juſti injuſtique differentia pugnam illam clademque extitiſſe. ALC. Vera loqueris. SOC. Eos itaque dicemus illa ſciviſſe de quibus tam acriter concertarunt, ut *de juſto & injuſto* ſecum invicem altercantes omnia extrema ſubirent? ALC. Non videtur. SOC. Ergo ad iſtiuſmodi præceptores nos refers, quos ipſemet ignaros eſſe conſentis? ALC. Videor. SOC. Quonam igitur

δέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, περὶ ὧν ὅτω πλανᾷ, ἢ ὅτῳ μαθὼν φαίνῃ πρὸ οὐδενός, οὔτε αὐτὸς ἐξευρών; ΑΛΚ. Ἐκ μὲν ὧν σὺ λέγεις, οὐκ εἰκός.

ι. ΣΩΚ. Ὁρᾷς αὖ τοῦθ' ὡς ὀρθῶς εἶπες, ὦ Ἀλκιβιάδη; ΑΛΚ. Τὸ ποῖον; ΣΩΚ. Ὅτι ἐμὲ φῂς ταῦτα λέγειν. ΑΛΚ. Τί δέ; οὐ σὺ λέγεις ὡς ἐγὼ οὐδὲν ἐπίσταμαι περὶ τοὺς δικαίων καὶ ἀδίκων; ΣΩΚ. Οὐ μέντοι. ΑΛΚ. Ἀλλ' ἐγώ; ΣΩΚ. Ναί. ΑΛΚ. Πῶς δή; ΣΩΚ. Ὧδε εἰσί. ἐάν σε ἔρωμαι, τὸ ἓν καὶ τὰ δύο πότερα πλείω λέγεις; φήσεις ὅτι τὰ δύο; ΑΛΚ. Ἐγωγε. ΣΩΚ. Πόσῳ; ΑΛΚ. Ἑνί. ΣΩΚ. Πότερον οὖν ἡμῶν ὁ λέγων, ὅτι τὰ δύο τοῦ ἑνὸς ἑνὶ πλείω; ΑΛΚ. Ἐγά. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἐγὼ μὲν ἠρώτων, σὺ δὲ ἀπεκρίνω; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Περὶ δὴ τούτων, μῶν ἐγὼ φαίνομαι λέγων ὁ ἐρωτῶν, ἢ σὺ ὁ ἀποκρινόμενος; ΑΛΚ. Ἐγώ. ΣΩΚ.

pacto veriſimile eſt te juſta & injuſta cognoſcere, in quibus ſic erras, & quæ nec didiciſſe ab aliquo videris, neque per te ipſum inveniſſe? ALC. Ex iis quæ tu dicis, non eſt veriſimile.

10. Videſne iterum, Alcibiades, hoc te non recte dixiſſe? ALC. Quid? SOC. Quod Me aiebas hæc dicere. ALC. Quid? nonne tu dicis me juſti & injuſti ignarum eſſe? SOC. Nequaquam. ALC. Egone igitur? SOC. Tu inquam. ALC. Quonam modo? SOC. Sic intelliges: ſi te interrogem utrum unum aut duo plura ſunt, reſpondebiſne Duo? ALC. Duo. SOC. Quanto? ALC. Uno. SOC. Uter igitur noſtrum eſt, qui dicit duo uno plura eſſe quam unum? ALC. Ego. SOC. Ego igitur interrogabam, tu reſpondebas? ALC. Ita. SOC. De iis ergo uter noſtrum pronunciare videtur, num ego interrogans, an tu reſpondens? ALC. Ego. SOC. Quid

Τί δ', ἂν ἐγὼ μὲν ἐρωτῶ καὶ ποῖα γράμματα Σωκράτους, σὺ δὲ εἴπῃς; πότερος ὁ λέγων; ΑΛΚ. Ἐγώ. ΣΩΚ. Ἴθι δὴ ἐνὶ λόγῳ εἰπέ· ὅταν ἐρώτησίς τε καὶ ἀπόκρισις γίγνηται, πότερος ὁ λέγων; ὁ ἐρωτῶν, ἢ ὁ ἀποκρινόμενος; ΑΛΚ. Ὁ ἀποκρινόμενος ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἄρτι ἁπάντων ἐγὼ μὲν ἦν ὁ ἐρωτῶν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Σὺ δὲ ὁ ἀποκρινόμενος; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Τί οὖν; τὰ λεχθέντα πότερος ἡμῶν εἴρηκε; ΑΛΚ. Φαίνομαι μέν, ὦ Σώκρατες, ἐκ τῶν ὡμολογημένων, ἐγώ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἐλέχθη, ὅτι περὶ δικαίων καὶ ἀδίκων Ἀλκιβιάδης ὁ καλὸς ὁ Κλεινίου οὐκ ἠπίστατο, οἴοιτο δὲ, καὶ μέλλοι εἰς ἐκκλησίαν ἐλθὼν συμβουλεύσειν Ἀθηναίοις, περὶ ὧν οὐδὲν οἶδεν; οὐ ταῦτ' ἦν; ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· οὐ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ, ἀκηκοέναι· οὐδ' ἐγὼ εἰμὶ ὁ ταῦ-

autem? si quæram quot sunt in Socrate literæ, tu vero respondeas; uter nostrum erit qui dicet? ALC. Ego. SOC. Age; dic uno verbo, quoties interrogatio fit atque responsio, uter est qui dicit? interrogansne an respondens? ALC. Respondens, ut mihi videtur, O Socrates. SOC. Nonne itaque superioribus semper Ego interrogavi? ALC. Semper SOC. Tu vero respondisti? ALC. Omnino. SOC. Quæ igitur dicta sunt hactenus, uter nostrum dixit? ALC. Ex iis profecto quæ concessa sunt, ego *dixisse* videor, mi Socrates. SOC. Nonne dictum est, quod Alcibiades, pulcher Cliniæ filius, justorum atque injustorum inscius, se scire putabat, eratque concionem Athenienſium ingressurus, de iis consultaturus quæ plane nesciret? Suntne hæc vera? ALC. Sunt. SOC. Itaque Euripidis illud nunc accidit, O Alcibiades. Abs te quippe ista videris audisse non a me: Neque ego

τι λέγω, ἀλλὰ σύ, ἐμὲ δὲ αἰτιᾶ μάτην. ΑΛΚ. Καὶ μέντοι εὖ λέγεις. ΣΩΚ. Μανικόν γέ τοι ἐν νῷ ἔχεις ἐπιχείρημα, ἐπιχειρεῖν, ὦ βέλτιστε, διδάσκειν ἃ σὺκ οἶσθα, ἀμελήσας μανθάνειν. ΑΛΚ. Οἶμαι μέν, ὦ Σώκρατες, Αθηναίους ὀλιγάκις βεβουλεῦσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους Ελλήνας, πότερα δικαιότερα ἢ ἀδικώτερα· τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα ἡγοῦνται δῆλα εἶναι. ἐάσαντες οὖν ταῦτ' αὐτῶν, σκοποῦσιν ὁπότερα συμβήσεται πράξουσιν. οὐ γὰρ ταὐτὰ οἶμαι τότε δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα. ἀλλὰ πολλοῖς δὴ ἐλυσιτέλησεν ἀδικήσασι μεγάλα ἀδικήματα· καὶ ἑτέρωις οἶμαι δίκαια ἐργασαμένοις, οὐ ξυμβέβηκε. ΣΩΚ. Τί οὖν; εἰ ὁπαλίζει ἕτερα μὲν τὰ δίκαια τυγχάνει ὄντα, ἕτερα δὲ τὰ συμφέροντα, ὅπῃ σὺ αὖ οἴει ταῦτα εἰδέναι ἃ συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διότι; ΑΛΚ. Τί δὲ κωλύει, ὦ Σώκρατες; εἰ μή με αὖ ἐρήσῃ πρῶτον ὅτου ἔμαθον, ἢ ὅπως αὐτὸς εὗρον. ΣΩΚ Οὐκοῦν τοῦτο ποιεῖς· εἰ μὴ ὀρθῶς λέξεις, τυχὸν ἂν δυνατὸν ἀποδείξαι διὰ ὅπερ καὶ τὸ

hæc, ſed tu dixiſti, me autem fruſtra accuſas. ALC. Et profecto recte dicis. SOC. Furioſum enim quiddam aggrederis, Vir optime, docturus illa quæ neſcis, utpote qui ea neglexiſti diſcere. ALC. Reor, O Socrates, Athenienſes & alios Græcos raro quænam juſtiora, quæve injuſtiora ſint, quærere: talia enim putant eſſe perſpicua: his igitur omiſſis, quænam conducent agentibus, inquirunt. Neque enim eadem eſſe juſta & utilia puto, ſed multis valde injuſte agentibus injuſtitia profuit: alios contra juſte agentes nil ipſa juſtitia juvit. SOC. Quid igitur? ſi vel maxime diverſa inter ſe ſint juſta & utilia, nunquid tu rurſum ſcire te putas quænam utilia ſint hominibus, & quam ob cauſam? ALC. Et quid prohibet, Socrates? niſi rurſus exquiras a quo didicerim, aut quomodo ipſe invenerim. SOC. Vide quid agas; ſi quid non recte dicis, & poſſit id oſtendi eadem ratione qua ſuperiora,

1 F. ἐπιχειρῶν. 2 F. διὰ ὅπερ καὶ τὸ πρότερον λόγου. *Ita MS.*

πρότερον λόγων, οἷει δή καινὰ ἄττα δεῖν ἀκούειν, ἐπιδείξεις τε ἑτέρας, ὡς τῶν πρότερον οἷον σκευαρίων καταπεπεμμένων· καὶ οὐκέτ' ἂν σὺ αὐτὰ ἀμπίσχοιο, εἰ μή τις σοι τεθείη καθαρὸν καὶ ἄχραντον οἶσθ'. ἐγὼ δέ, χαίρειν ἐάσας τὰς σὰς προθέσεις τοῦ λόγου, οὐδὲν ἧττον ἐρήσομαι ὁπόθεν μαθὼν αὐτὰ συμφέροντα ἐπίστασαι, καὶ ὅστις ἐστὶ διδάσκαλος, καὶ πάντα ἐκεῖνα τὰ πρότερον ἐρωτῶ μιᾷ ἐρωτήσει. ἀλλὰ γὰρ δῆλον ὡς εἰς ταυτὶ ἥξεις, καὶ οὐχ ἕξεις ἐπιδεῖξαι, οὔθ' ὡς ἐξαίφνης οἶσθα τὰ συμφέροντα, οὔθ' ὡς μαθών. ἐπειδὴ δὲ τρυφᾷς, καὶ οὐκέτ' ἂν ἡδέως τοῦ αὐτοῦ γεύσαιο λόγου, τοῦτο μὲν ἐᾷν χαίρειν, εἴτε οἶσθα εἴτε μὴ τὰ Ἀθηναίοις συμφέροντα· πότερον δὲ ταυτά ἐστι δίκαιά τε καὶ συμφέροντα, ἢ ἕτερα, τί δὴ ἀπέδειξας; εἰ μὲν βούλῃ, ἐρωτῶν με ὥσπερ ἐγὼ σέ· εἰ δὲ, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σαυτὸν λόγῳ διέξελθε. ΑΛΚ. Ἀλλ' οὐκ οἶδα, εἰ εἶός τ' ἂν εἴην, ὦ Σώκρατες, πρὸς σὲ

ipſe tamen nova quædam exiſtimas audienda, novaſque demonſtrationes in medium adducendas, quaſi priores eſſent, inſtar ſupellectilis, uſu contritæ, quibus quidem tu non amplius induaris, niſi quis argumentum tibi purum immaculatumque afferat. Ego autem miſſa faciens ſermonis tui præludia, nihilominus interrogabo, unde utilia hæc eſſe noſti, & quiſnam magiſter fuerit, & reliqua cuncta, quæ prius, una interrogatione requiram. Veruntamen eodem, ut liquet, reſolveris, neque oſtendere poteris te utilia vel diſciplina vel inventione cognoviſſe. Quando vero delicatus es, nec libenter ſermonem eundem guſtaveris; hoc quidem mitto, noriſne, an non, quæ Athenienſibus utilia ſint: utrum autem eadem ſint juſta & utilia, an diverſa, cur non demonſtras, aut ita ipſe me interrogando, ut ego te, ſi ita placet; aut oratione perpetua utendo? A L C. Haud ſcio, O Socrates, an adverſus

διελθεῖν. ΣΩΚ. Αλλ', ὦ γαθέ, ἐμὲ ἐκκλησίαν νόμισον καὶ δῆμον. καὶ ἐκεῖ τοι σε δεῖσ' ἕνα ἕκαστον πείθειν· ἢ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοῦ αὐτοῦ, ἕνα τε οἷόν τε εἶναι κατὰ μόνας πείθειν, καὶ ξυμπόλλους, περὶ ὧν ἂν εἰδῇ; ὥσπερ ὁ γραμματιστὴς ἕνα τε πείθει περὶ γραμμάτων καὶ πολλούς. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αρ' οὖν καὶ περὶ ἀριθμοῦ ὁ αὐτὸς ἕνα τε καὶ πολλοὺς πείσει; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὗτος δ' ἐστὶν ὁ εἰδὼς ὁ ἀριθμητικός. ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ σὺ, ὥσπερ ἡ πολλούς, οἷός τε πείθειν εἰ ταῦτα ἢ ἕνα; ΑΛΚ. Εἰκός γε. ΣΩΚ. Εστι δὴ ταῦτα δηλονότι ἃ οἶσθα. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αλλοτι οὖν ἡ τοσούτῳ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἐν τῷ δήμῳ ῥήτορος ὁ ἐν τῇ τοιᾷδε ξυνουσίᾳ, ὅτι ὁ μὲν ἀθρόους πείθει ταῦτα, ὁ δὲ καθ' ἕνα. ΑΛΚ. Κινδυνεύει.

ια'. ΣΩΚ. Ἰθι δὴ νῦν, ἐπειδὴ σοὶ αὐτῷ φαίνεται πολλοὺς

te disputare valeam, necne. SOC. At, mi bone Vir, concionem me in præsentia populumque esse puta: nonne illic te unicuique persuadere oportebit? ALC. Certe. SOC. Nonne ejusdem est posse & uni seorsum, & multis simul, ea, quæ novit, demonstrare? Sicut grammaticus unum pariter in literis ac multos erudit. ALC. Est. SOC. Et in numeris eodem modo idem poterit uni ac multis rem probatam facere. ALC. Certe. SOC. Hic autem est Arithmeticus. ALC. Est. SOC. Et tu ergo quæ pluribus, eadem & uni persuadere potes. ALC. Consentaneum est. SOC. Sunt autem hæc videlicet quæ cognoscis. ALC. Profecto. SOC. Hoc vero duntaxat differt rhetor, qui apud populum loquitur, ab eo qui in hujusmodi congressu: quod ille simul universis, hic seorsim singulis persuadet. ALC. Videtur.

11. SOC. Age, cum ejusdem esse appareat multis atque uni

τε καὶ ἕνα πείθειν, ὃν ἐμοὶ ἐμμελέτησον καὶ ἐπιχείρησον ἐπιδεῖξαι, ὡς ὃ δίκαιον οἴόλε ὑ ξυμφέρῃ. ΑΛΚ. Ὑβριστὴς εἶ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Νῦν γοῦν ὑφ' ὕβρεως μέλλω σε πείθειν τἀναντία, οἷς σὺ ἐμὲ οὐκ ἐθέλεις. ΑΛΚ. Λέγε δή. ΣΩΚ. Ἀποκρίνου μόνον τὰ ἐρωτώμενα. ΑΛΚ. Μή· ἀλλὰ σὺ αὐτὸς λέγε. ΣΩΚ. Τί δαί; ὐχ ὁτιμάλιστα βούλει πειθὼν; ΑΛΚ. Πάντως δή που. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰ λέγεις ὅτι αὐτὰ οὕτως ἔχῃ, μάλιστ' ἂν εἴης πεπεισμένος; ΑΛΚ. Ἐμοῖ γε δοκῇ. ΣΩΚ. Ἀποκείνου δή· ἢ ἂν μὴ αὐτὸς σὺ σαυτῷ ἀκόυσῃς, ὅτι τὰ δίκαια συμφέροντά ἐστιν, ἄλλῳ λέγοντι μὴ πιστεύσῃς. ΑΛΚ. Οὕτοι· ἀλλ' ἀποκριτέον, καὶ γὰρ οὐδὲν οἰόμεθα βλαβήσεσθαι. ΣΩΚ. Μαντικὸς γὰρ εἶ· καί μοι λέγε. τῶν δικαίων φὴς ἔνια μὲν συμφέρειν, ἔνια δ' οὔ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δὲ; τὰ μὲν καλὰ εἶναι αὐτῶν, τὰ δ' οὔ; ΑΛΚ. Πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς; ΣΩΚ. Εἴ τις ἤδη σοι

ostendere, meditare nunc coram me, atque enitere, ut ostendas mihi, quod justum est, id aliquando non prodesse. ALC. Contumeliosus es, O Socrates. SOC. Nunc per contumeliam demonstraturus sum tibi contraria eorum quæ tu mihi non vis. ALC. Dic. SOC. Responde modo interroganti. ALC. Minime, sed tu ipse dicas. SOC. Nonne vis quam maxime persuaderi? ALC. Prorsus. SOC. Si dixeris hæc ita se habere, annon eris maxime persuasus? ALC. Mihi quidem videtur. SOC. Responde igitur: nam nisi a teipso audieris justa omnia utilia esse, alteri dicenti ne credas. ALC. Non credam; sed jam respondendum est: nihil enim periculi esse existimo. SOC. Vates profecto es, verum dic. Justorum alia prodesse asseris, quædam minime? ALC. Affero. SOC. Quid autem? horum partim esse pulchra, partim contra? ALC. Quomodo hoc interrogas? SOC. Utrum

ἔδοξεν αἰσχρὰ μὲν, δίκαια δὲ, πράττειν; ΑΛΚ. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩΚ. Ἀλλὰ πάντα τὰ δίκαια καὶ καλά; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δ' αὖ τὰ καλά; πότερον πάντα ἀγαθὰ, ἢ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ; ΑΛΚ. Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἔνια τῶν καλῶν κακὰ εἶναι. ΣΩΚ. Ἡ καὶ αἰσχρὰ, ἀγαθά; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρα λέγεις τὰ τοιάδε, οἷον πολλοὶ ἐν πολέμῳ βοηθήσαντες ἑλαίρῳ ἢ οἰκείῳ, τραύματα ἔλαβον καὶ ἀπέθανον, οἱ δ' οὐ βοηθήσαντες, δέον, ὑγιεῖς ἀπῆλθον; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὴν τοιαύτην βοήθειαν καλὴν μὲν λέγεις, τὴν δὲ ἐπιχείρησιν τοῦ σῶσαι οὐκ ἔδει; τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνδρία, ἢ οὔ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καλῶ δέ γε τὴν οὖν θανάτους τε καὶ τὰ ἕλκη· ἦ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἀρ' οὖν οὐκ ἄλλο μὲν ἡ ἀνδρία, ἄλλο δὲ ὁ θανάτος; ΑΛΚ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα τὴν ταυτόν γέ ἐστι καλὸν καὶ κακὸν, τὸ τοῖς φίλοις βοηθεῖν. ΑΛΚ. Οὐ φαίνεται.

quiſpiam tibi aliquando viſus ſit turpia quidem facere, ſed tamen juſta? ALC. Mihi nunquam. SOC. Omnia itaque juſta etiam pulchra. ALC. Ita. SOC. Rurſus pulchra utrum omnia bona, an partim bona, partim mala? ALC. Arbitror equidem, O Socrates, nonnulla ex pulchris mala eſſe. SOC. Et turpia quædam bona? ALC. Certe. SOC. Nunquid tale quiddam dicis, perinde ac ſi nonnulli, dum in prælio amico vel propinquo cuidam opem ferrent, vulnerati perierint: qui vero auxilium cum debuiſſent, non tulerunt, incolumes diſceſſerint? ALC. Et maxime quidem. SOC. Nonne auxilium hujuſmodi pulchrum appellas, ubi quis ſervare conatur quos oportebat? eaque fortitudo eſt? ALC. Profecto. SOC. Malum vero vocas ob interitus ac vulnera; nunquid? ALC. Voco. SOC. Annon eſt aliud fortitudo, aliud mors? ALC. Aliud. SOC. Non ergo ſecundum idem pulchrum ſimul ac malum eſt, amicis opem ferre. ALC. Non videtur.

ιβ'. ΣΩΚ. Ορα τοίνυν εἰ ἦ γε καλὸν, καὶ ἀγαθὸν, ὥσπερ ἐνταῦθα· κατὰ τὴν ἀνδρείαν γὰρ ὡμολόγεις καλὸν εἶ) τὴν βοήθειαν. τοῦτ' οὖν αὐτὸ σκόπει, τὴν ἀνδρίαν, ἀγαθὸν ἢ κακόν; ὧδε δὲ σκόπει· σὺ πότερα ἂν δέξαιό σοι εἶναι, ἀγαθὰ ἢ κακά; ΑΛΚ. Αγαθά. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰ μέγιστα; ΑΛΚ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Καὶ ἥκιστα τῶν τοιούτων δέξαιο ἂν φέρεσθαι; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Πῶς οὖν λέγεις περὶ ἀνδρείας; ὁπότερα ἂν αὐτοῦ δέξαιο φέρεσθαι; ΑΛΚ. Οὐδὲ ζῆν ἂν ἐγὼ δεξαίμην, δειλὸς ὤν. ΣΩΚ. Εσχατον ἄρα σοι κακὸν εἶναι δοκεῖ ἡ δειλία; ΑΛΚ. Εμοί γε. ΣΩΚ. Εξίσου τῷ τεθνάναι, ὡς ἔοικε. ΑΛΚ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν θανάτῳ τε καὶ δειλίᾳ ἐναντιώτατα ζωὴ καὶ ἀνδρία; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ τὰ μὲν μάλιστα εἶναι βούλοιό σοι, τὰ δὲ ἥκιστα; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αρ' ὅτι τὰ μὲν, ἄριστα ἡγῇ, τὰ δὲ, κάκιστα; ΑΛΚ. Παύ γε.

12. SOC. Vide itaque utrum qua ratione pulchrum, etiam bonum sit; quemadmodum in iis: nam quoad fortitudinem, concedis pulchrum esse auxilium ferre. Ipsa igitur fortitudo bonumne an malum est? Sic autem considera; Utra velles adesse tibi, bona an mala? ALC. Bona. SOC. Nonne maxima? ALC. Maxima. SOC. Ac minime omnium his privari velles? ALC. Quidni? SOC. Quid de fortitudine dicis? quanto illam pretio commutares? ALC. Ne vivere quidem vellem, si timidus essem. SOC. Extremumne malum tibi videtur esse timiditas? ALC. Mihi vero. SOC. Æque *malum* ac ipsa mors, ut videtur. ALC. Æque. SOC. Morti ergo & timiditati vita & fortitudo contraria sunt? ALC. Sunt. SOC. Et hæc quidem maxime optares adesse tibi; illa minime? ALC. Certe. SOC. Annon ex eo, quod hæc optima, illa pessima esse censes? ALC. Prorsus.

ΣΩΚ. Τὸ ἄρα βοηθεῖν ἐν πολέμῳ τοῖς φίλοις, ἢ μὲ καλὸν, κατ' ἀγαθοῦ πρᾶξιν τιὼ τῆς ἀνδρείας, καλὸν αὐτὸ προσεῖπας; ΑΛΚ. Φαίνομαί γε. ΣΩΚ. Κατὰ δέ γε κακοῦ πρᾶξιν τιὼ τοῦ θανάτου, κακόν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὧδε δίκαιον προσαγορεύειν ἑκάστην τ' πρά- 5
ξεων; εἴπερ ἢ κακὸν ἐργάζεται, κακιὼ καλεῖς, ἢ ἢ ἀγαθὸν, ἀγαθιὼ κλητέον; ΑΛΚ. Εμοιγε δοκῇ. ΣΩΚ. Αρ' οὖν ἢ ἢ ἀγαθὸν, καλόν· ἢ δὲ κακὸν, αἰσχρόν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τιὼ ἄρα ἐν τῷ πολέμῳ τοις φίλοις βοή-
θειαν λέγων καλιὼ μὲν εἶναι, κακιὼ δὲ, οὐδὲν ἀμαφερόν- 10
τως λέγεις, ἢ εἰ [1]προσεῖπες αὐτιὼ ἀγαθιὼ μὲ, κακὴν δέ. ΑΛΚ. Αληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐδὲν ἄρα τῶν καλῶν, καθόσον καλὸν, κακόν· οὐδὲ τῶν αἰσχρῶν, καθόσον αἰσχρὸν, ἀγαθόν. ΑΛΚ. Οὐ φαί-
νεται. 15

ιγ'. ΣΩΚ. Επι τοίνυν καὶ ὧδε σκέψαι. ὅπις καλῶς

SOC. Igitur auxilium ferre amicis in prælio, pulchrum quidem vocabas quoad boni, id est fortitudinis, actionem. ALC. Videor sane. SOC. Quoad vero actionem mali, id est mortis, malum. ALC. Certe. SOC. Annon congruum est, sic unamquamque actionem denominare? si nempe eam, prout malum fert, malam appellas, annon, prout fert bonum, bonam vocare decet? ALC. Videtur. SOC. Nonne etiam qua bonum, pulchrum; qua malum, turpe? ALC. Maxime. SOC. Cum ergo dicis auxilium ferre amicis in bello, pulchrum esse, sed malum, perinde est ac si dicas, ipsum bonum quidem, malum tamen. ALC. Vera mihi dicere videris, O Socrates. SOC. Nihil igitur pulchrum quatenus pulchrum malum est, neque turpe quicquam quatenus turpe bonum. ALC. Non videtur.

13. SOC. Præterea hunc in modum considera: quisquis

1 F. προσεῖπες.

πράττει, οὐχὶ καὶ εὖ πράττει; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Οἱ δ' εὖ πράττοντες, οὐκ εὐδαίμονες; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν εὐδαίμονες δι' ἀγαθῶν κτῆσιν; ΑΛΚ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Κτῶνται δὲ ταῦτα τῷ εὖ καὶ καλῶς πράττειν; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Τὸ εὖ ἄρα πράττειν, ἀγαθῶν. ΑΛΚ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν καλὸν ἡ εὐπραγία; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Ταυτὸν ἄρα ἐφάνη ἡμῖν πάλιν αὖ καλόν τε καὶ ἀγαθόν. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ο, τι ἂν ἄρα εὕρωμεν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν εὑρήσομεν ἐκ γε τούτου τοῦ λόγου. ΑΛΚ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Τί δέ; τὰ ἀγαθὰ συμφέρει, ἢ οὔ; ΣΩΚ. Συμφέρει. ΣΩΚ. Μεμνῆσθαι οὖν χρὴ ἃ τὰ δικαία πάσης ὡμολογήσαμεν; ΑΛΚ. Οἶμαί γε δεῖν δίκαια πράττοντας, ἀναγκαῖον εἶναι καλὰ πράττειν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοὺς τὰ καλὰ, ἀγαθά; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέρει; ΑΛΚ. Νή. ΣΩΚ. Τὰ δίκαια ἄρα, ὦ

pulchre agit, nonne bene agit? ALC. Utique. SOC. Bene autem agentes, nonne felices? ALC. Quidni? SOC. Annon felices propter bonorum possessionem? ALC. Maxime. SOC. Acquirunt autem hæc ex eo quod pulchre ac bene agunt? ALC. Certe. SOC. Igitur bene agere bonum. ALC. Quidni? SOC. Nonne pulchrum actio bona? ALC. Certe. SOC. Idem itaque rursus apparet nobis pulchrum ac bonum. ALC. Apparet. SOC. Quicquid igitur inveniemus pulchrum esse, idem quoque bonum existere hâc ratione reperiemus. ALC. Necesse est. SOC. Bona autem utilia sunt, annon? ALC. Utilia. SOC. Meministi itaque, quid supra de justis concessimus? ALC. Reor, justa agentes necessarium esse pulchra facere. SOC. Pulchra vero agentes, nonne etiam bona? ALC. Ita. SOC. Et bona esse utilia? ALC. Penitus. SOC. Justa igitur, O

Αλκιβιάδη, συμφέροντά ἐστιν. ΑΛΚ. Εοικε. ΣΩΚ. Τί οὖν; ταῦτα ἃ σὺ ὁ λέγων εἶ, ἐγὼ ἢ ὁ ἐρωτῶν; ΑΛΚ. Φαίνομαι, ὡς ἔοικα. ΣΩΚ. Εἴ τις ἀνίσταιτο συμβουλεύσων εἴτε Αθηναίοις, εἴτε Πεπαρηθίοις, οἰόμενος γιγνώσκειν τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, φήσει ἢ εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ οὐκοῦν, ἄλλό τι ἢ καταγελάσῃς ἂν αὐτοῦ, ἐπειδήπερ τυγχάνεις καὶ σὺ λέγων, ὅτι ταυτὰ ἐστὶ δίκαιά τε καὶ ξυμφέροντα; ΑΛΚ. Ἀλλὰ μὰ τοὺς θεούς, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδα ἔγωγε ὅ τι λέγω, ἀλλ' ἀτεχνῶς ἔοικα ἀτόπως ἔχοντι· τοτὲ μέν γέ μοι ἕτερα δοκεῖ σοῦ ἐρωτῶντος, τοτὲ δὲ ἄλλα. ΣΩΚ. Εἶτα τοῦτο, ὦ φίλε, ἀγνοεῖς ὃ πάθημα, τί ἐστι; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οἴει ἂν οὖν, εἴ τις ἐρωτῴη σε, δύο ὀφθαλμοὺς ἢ τρεῖς ἔχεις, καὶ δύο χεῖρας ἢ τέτταρας, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον, τοτὲ μὲν ἕτερα ἂν ἀποκρίνασθαι, τοτὲ δὲ ἄλλα, ἢ ἀεὶ τὰ αὐτά; ΑΛΚ. Δέδοικα μὲν ἔγωγε ἤδη περὶ ἐμαυτοῦ· οἶμαι μέντοι, τὰ αὐτά. ΣΩΚ. Οὐκ-

Alcibiades, utilia ſunt. ALC. Videtur. SOC. Hæc nonne ipſe dixiſti, ego autem interrogavi? ALC. Apparet. SOC. Si quis igitur ſurgat cum Athenienſibus vel Peparethiis conſultaturus, putans juſta ſe & injuſta dignoſcere, dicatque ſcire ſe juſta interdum eſſe mala, nonne ipſum irrideres, cum tu aſſeras eadem juſta ac utilia eſſe? ALC. Per Deos, O Socrates, quid dicam neſcio, ſed revera abſurdo quodam modo habere me videor: nam nunc hæc vera mihi videntur, interrogante te; nunc illa. SOC. Ignoras, O Amice, quænam hæc affectio ſit? ALC. Ignoro. SOC. Si quis te interrogaſſet, duoſne an tres oculos habeas, manuſve duas an quatuor, aut aliud quiddam hujuſmodi, putaſne illi te nunc hoc, nunc illud, an idem ſemper reſponſurum fuiſſe? ALC. Etſi de meipſo jam vereor, puto tamen eadem *me reſponſurum.*

οὖν, ὅπ οἶδα, τοῦτ' αἴπον; ΑΛΚ. Οἶμαι ἔγωγε. ΣΩΚ. Περὶ ὧν ἄρα ἄκων τὰ ἐναντία ἀποκρίνῃ, δῆλον ὅπ περὶ τούτων οὐκ οἶδα. ΑΛΚ. Εἰκός γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν γε καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν, ἠ κακῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ συμφερόντων καὶ μὴ, ἀποκεκριμένον φὴς πλανᾶσθαι; εἶτα οὐ δῆλον, ὅτι ἀφ' τὸ μὴ εἰδέναι περὶ αὐτῶν, ἀφ' ταῦτα πλανᾷ; ΑΛΚ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Ἀρ' οἶν οὕτω καὶ ἔχει, ἐπειδάν τις πῖ μὴ εἰδῇ, ἀναγκαῖον περὶ [1]τούτων πλανᾶσθαι τὴν ψυχήν; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ ὄ; ΑΛΚ. Τί οἶν; οἶσθα ὅντινα τρόπον ἀναβήσῃ εἰς τὸν οὐρανόν; ΑΛΚ. Μὰ Δί' ὀκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Η ἠ πλανᾶταί σου ἡ δόξα περὶ [2]ταῦτα; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Τὸ δ' αἴπον οἶσθα, ἢ ἐγὼ φράσω; ΑΛΚ. Φράσον. ΣΩΚ. Οτι, ὦ φίλε, ὀκ οἴῃ αὐτὸ ἐπίστασθαι, ὀκ ἐπιστάμενος. ΑΛΚ. Πῶς οὖ τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Ορα ἠ σὺ κοινῇ. ἃ μὴ ἐπίστασαι, γιγνώσκεις ἢ ὅτι ὀκ ἐπίστασαι, πλανᾷ

SOC. Annon hæc causa est, *scilicet* quia cognoscis? ALC. Arbitror. SOC. De quibus igitur invitus contraria respondes, constat illa te ignorare. ALC. Consentaneum est. SOC. Nonne circa justa & injusta, pulchra & turpia, bona & mala, utilia & inutilia respondentem te errasse fateris? deinde nonne manifestum est, ideo erravisse, quod ignoraveris? ALC. Videtur. SOC. Num ita se res habet, ut, si quis quid ignoret, illius animum circa id errare necesse sit? ALC. Quidni? SOC. Scisne quo pacto in cœlum ascendas? ALC. Minime per Jovem. SOC. Num errat circa hæc opinio tua? ALC. Non certe. SOC. Scis autem hujus causam, an me dicere mavis? ALC. Dic. SOC. Quoniam, amice, cum nescias, non putas te scire. ALC. Quomodo rursus id ais? SOC. Cogita tu quoque mecum. Quæ nescis, cognoscisque te ea nescire, num in illis laberis; quemad-

1 F, τούτῳ. *Ita MS.* 2 F. τῶτο.

περὶ τὰ τοιαῦτα; ὥσπερ περὶ ὕψος σκιαδίας, οἶσθα δήπου ὅπη οὐκ οἶσθα; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Πότερον οὖν αὐτὸς περὶ ταῦτα δοξάζεις ὅπως χρὴ σκευάζειν, καὶ πλανᾷ, ἢ τῷ ὑπιγαμψῷ ὑπηρέπεις; ΑΛΚ. Οὕτω. ΣΩΚ. Τί δ' εἰ ἐν νηὶ πλέοις; ἆρα δοξάζοις ἂν πότερον χρὴ τὸν οἴακα εἰσω ἄγειν, ἢ ἔξω, καὶ ἅτε οὐκ εἰδὼς πλανῷο ἂν, ἢ τῷ κυβερνήτῃ ὑπηρέφας ἂν ἡσυχίαν ἄγοις; ΑΛΚ. Τῷ κυβερνήτῃ. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα περὶ ἃ μὴ οἶσθα πλανᾷ, ἅπερ εἰδῆς ὅτι οὐκ οἶσθα. ΑΛΚ. Οὐκ ἔοικα. ΣΩΚ. Ἐννοεῖς οὖν ὅτι καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἐν τῇ πράξει διὰ ταύτην τὴν ἄγνοιαν ἐστί, τὴν τοῦ μὴ εἰδότα οἴεσθαι εἰδέναι; ΑΛΚ. Πῶς ἂν λέγεις τοῦτο; ΣΩΚ. Τότε που ὑπιγειρούμεν πράττειν, ὅταν οἰώμεθα εἰδέναι ἃ, π πράττομεν. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οταν δὲ γέ που πνὲς μὴ οἴωνται εἰδέναι, ἄλλοις παραδιδόασι. ΑΛΚ. Πῶς δ' ἔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἡ τοιοῦτοι τῷ μὴ εἰδότων ἀναμάρτητοι ζῶσι, διὰ

modum de parandis obsoniis nosti sane te nescire? ALC. Penitus. SOC. Utrum circa hæc opinaris quomodo parare conveniat, atque erras? an potius scienti concedis? ALC. Ita profecto. SOC. Quid si navigares, nunquid opinareris gubernaculum nunc ad interiora, nunc ad exteriora flectendum, ac utpote nescius errares? an potius gubernatori concedens quiesceres? ALC. Gubernatori. SOC. Non igitur erras in iis quæ nescis, si nescire te noveris. ALC. Non videtur. SOC. Cernis itaque errores in actionibus fieri ob hanc ignorantiam, quod qui nescit scire se putat? ALC. Quo pacto id ais? SOC. Tunc agere aggredimur, cum scire nos putamus id quod agimus. ALC. Ita est. SOC. Contra, qui ignorantiæ suæ conscii sibi sunt, aliis se committunt. ALC. Quidni? SOC. Quapropter ex ignorantibus hi soli sine cul-

ὃ ἄλλοις περὶ αὐτῶν ἐπιτρέπειν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τίνες οὖν οἱ ἁμαρτάνοντες; οὐ γάρ που οἵ γε εἰδότες. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἐπειδὴ δὲ οὔθ' οἱ εἰδότες, οὔθ' οἱ τῶν μὴ εἰδότων εἰδότες ὅτι οὐκ ἴσασιν, ἢ ἄλλοι λείπονται, ἢ οἱ μὴ εἰδότες, οἰόμενοι δ' εἰδέναι; ΑΛΚ. Οὔκ· ἀλλὰ οὗτοι. ΣΩΚ. Αὕτη ἄρα ἡ ἄγνοια τῶν κακῶν αἰτία, καὶ ἡ ἐπονείδιστος ἀμαθία. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὅταν ἢ περὶ τὰ μέγιστα, τότε κακουργοτάτη καὶ αἰσχίστη; ΑΛΚ. [1]Πολλή γε. ΣΩΚ. Τί οὖν; ἔχεις μείζω εἰπεῖν δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ ξυμφερόντων; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν περὶ ταῦτα σὺ φὴς πλανᾶσθαι; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Εἰ δὲ πλανᾷ, ἆρ' οὐ δῆλον ὅτι τῶν ἐμπροσθεν ὅτι οὐ μόνον ἀγνοεῖς τὰ μέγιστα, ἀλλὰ καὶ ὢν εἰδὼς οἴει ταῦτα εἰδέναι; ΑΛΚ. Κινδυνεύω.

ιδ'. ΣΩΚ. Βαβαί ἄρα, ὦ Ἀλκιβιάδη, ἐξ πάσης πέ-

pa vitam agunt, ex eo quod aliorum curæ ſe credunt. ALC. Profecto. SOC. Quinam igitur peccant? non enim ſcientes. ALC. Non certe. SOC. At cum neque ſcientes, neque ex ignorantibus ii qui ignorantiæ ſuæ ſibi conſcii ſunt, quinam alii reſtant, niſi ii, qui cum neſciant, ſcire ſe putant? ALC. Ii ſoli. SOC. Hæc igitur ignorantia malorum cauſa eſt, & vituperanda inſcitia. ALC. Nempe. SOC. Et quando circa maxima eſt, tunc deterrima atque turpiſſima. ALC. Maxime. SOC. Num potes dicere quid præſtantius ſit quam juſta, & pulchra, & bona & utilia? ALC. Nequaquam. SOC. Nonne circa hæc erraſſe te aſſeris? ALC. Aſſero. ALC. Quod ſi erras, nonne ex ſuperioribus perſpicuum eſt, quod non modo maxima ignoras, verum etiam cum ſis ignarus, ſcire tamen te putas? ALC. Videor.

14. SOC. Papæ, O Alcibiades, quo preſſus es morbo?

1 F. πολύ γε. *Ita MS.*

πονηρας, ὁ ἐγὼ ὀνομάζειν μὲ ὀκνῶ, ὅμως ὄ, ἐπειδὴ μόνῳ ἔσμεν, ῥητέον. ἀμαθία γὰρ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αὐχίσῃ, ὡς ὁ λόγος σὸ καλημορεῖ, καὶ σὺ σαυτῷ. διὸ μὴ ἄπειρις ἄρα πρὸς τὰ πολιτικὰ πρὶν παιδευθῆναι. πέπονθας δὴ τοῦτο ὃ σὺ μόνῳ, ἀλλὰ μὴ καὶ πολλοὶ τῶν πρατλόντων τὰ τῆσδε τῆς πόλεως, πλὴν ὀλίγων τε καὶ ἴσως τοῦ σοῦ πατρὸς Περικλέους. ΑΛΚ. Λέγεται γε, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου σοφὸς γενονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ Πυθοκλείδῃ, καὶ Ἀναξαγόρᾳ. καὶ νῦν, πηλικοῦτος ὤν, Δάμωνι ξυίησιν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα. ΣΩΚ. Τί οὖν; ἤδη τινὰ εἶδες σοφὸν ὁτιοῦν, ἀδυνατοῦντα ποιῆσαι ἄλλον σοφὸν, ἅπερ αὐτός; ὥσπερ ὅς σε ἐδίδαξε γράμματα, αὐτός τε ἦν σοφὸς, καὶ σὲ ἐποίησε, τῶν τε ἄλλων ὅν τινα ἐβούλετο. ἦ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ σὺ, ὁ παρ' ἐκείνου μαθὼν, ἄλλον οἷός τε ἔσῃ; ΑΛΚ. Ναί.

hunc equidem nominare horreſco; veruntamen, cum ſoli ſumus, dicendum eſt. In turpiſſima namque inſcitia, optime vir, verſaris, id quod ipſe oratione tua ſatis declaras. Itaque prius in civilia ruis, quam ſis gubernandi peritus. Neque te ſolum morbus hic tenuit, verum etiam omnes qui hanc rempublicam adminiſtrarunt, præter admodum paucos, ac fortaſſe præter tutorem tuum Periclem. ALC. Fertur, O Socrates, non caſu quodam ſapiens evaſiſſe Pericles, ſed multis ac ſapientibus viris familiariter uſus cum ſit, Pythoclide in primis & Anaxagora: & nunc etiam tam grandis natu, ſapientiæ gratia Damone utitur. SOC. Num quem vidiſti ſapientem, qui in ea re, in qua ipſe ſapit, alium ſapientem efficere non poſſet? veluti qui te in literis erudivit, ipſe quidem erat ſapiens, teque pariter reddidit ſapientem: et eodem pacto quemvis alium poterat. ALC. Profecto. SOC. Et tu quoque eruditus ab illo, alium inſtruere poteris. ALC.

ΣΩΚ. Καὶ ὁ κιθαριστὴς ἦ γ' ὁ παιδοτρίβης ὡσαύτως; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Καλὸν γὰρ δή που τοῦτο τεκμήριον τοῦ ἐπισταμένων ὁπόταν ὦσι τοῦ ἐπίστασθαι, ἐπειδὰν γ' ἄλλον οἱοί τε ὦσιν ἀποδεῖξαι ὁπίσταμενον. ΑΛΚ. Ἐμοί γε δοκεῖ. ΣΩΚ. Τί οὖν; ἔχεις εἰπεῖν Περικλῆς τινα ἐπίνησε σοφὸν, ἀπὸ τῶν υἱέων ἀρξάμενος; ΑΛΚ. Τί δ' εἰ τὼ Περικλέους υἱέε ἠλιθίω ἐφυέσθην, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀλλὰ Κλεινίαν τὸν ἀδελφόν; ΑΛΚ. Τί δ' ἂν αὖ Κλεινίαν λέγοις, μαίνομενον ἄνθρωπον; ΣΩΚ. Ἐπειδὴ τοίνυν Κλεινίας μὲ μαίνεται, τὼ γε Περικλέους υἱέε ἠλιθίω ἐφυέσθην, σοὶ τίνα αἰτίαν ἀναθῶμεν διότι σὲ οὕτως ἔχοντα ἀμελοῦσι; ΑΛΚ. Ἐγὼ οἶμαι αἰτιος, ὃ προσέχων τὸν νοῦν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἢ τῶν ξένων, δούλου ἢ ἐλευθέρου, εἰπέ ὅστις αἰτίαν ἔχει σοφὰ τοῦ Περικλέους συνουσίαν σοφώτερος γεγονέναι, ἅτερ ἐγὼ ἔχω σοι εἰπεῖν, σοφὰ τὸν Ζιώνος, Πυθόδωρον τὸν Ισολόχου,

Potero. SOC. Similiter citharœdus & magiſter gymnaſii. ALC. Penitus. SOC. Optimum enim argumentum eſt, eos, qui aliquid ſciunt, id revera ſcire, ſi alium *quemvis* poterunt *in ea re* efficere ſcientem. ALC. Mihi quidem videtur. SOC. Num habes itaque quem dicere poſſis a Pericle ſapientem factum, a filiis incipiens? ALC. Quid ſi Periclis filii ſtolidi fuerunt? SOC. At vero fratrem tuum Cliniam? ALC. Quid rurſum Cliniam commemoras, hominem inſanum? SOC. Poſtquam Clinias quidem furit, filii vero Periclis ſtolidi nati ſunt, tibi quam cauſam aſcribemus, propter quam te, cum talis ſis, negligat? ALC. Ego ipſe, ut arbitror, in culpa ſum, cum illi mentem non adhibuerim. SOC. Verum ex Athenienſibus, vel peregrinis, dic quiſnam, vel ſervus, vel liber, ſapientior propter Periclis conſuetudinem factus ſit; ſicuti tibi ego dicere poſſum propter Ze-

καὶ Καλλίαν τὸν Καλλιάδου, ὧν ἑκάτερος, Ζηνωνὶ ἑκατὸν μνᾶς τελέσας, σοφός τε καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν. ΑΛΚ. Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ ἔχω. ΣΩΚ. Εἶεν· τί οὖν ἀμφὶ σαυτοῦ; πότερον ἐᾷς οὕτως ὡς νῦν ἔχεις, ἢ ἐπιμέλειάν τινα ποιεῖσθαι; ΑΛΚ. Κοινῇ βουλῇ, ὦ Σώκρατες. καί τοι σοῦ εἰπόντος ἀνέχωρουν. δοκοῦσι γάρ μοι οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες, ὀλίγων ἄπαιδες εἶναι. ΣΩΚ. Εἶτα τί δή τοῦτο; ΑΛΚ. Εἰ μέν που ἦσαν πεπαιδευμένοι, ἔδει ἂν τὸν ἐπιχειροῦντα αὐτοῖς ἀνταγωνίζεσθαι, μαθόντα καὶ ἀσκήσαντα, ἰέναι ὡς ἐπ' ἀθλητάς. νῦν δ' ἐπειδὴ καὶ οὗτοι ἰδιωτικῶς ἔχοντες ἐληλύθασιν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως, τί δεῖ ἀσκεῖν καὶ μανθάνοντα πράγματα ἔχειν; ἐγὼ γάρ εὖ οἶδα ὅτι τούτων τῇ γε φύσει πάνυ πολὺ περιέσομαι.

ιε'. ΣΩΚ. Βαβαί, οἷον, ὦ ἄριστε, τοῦτ' εἴρηκας; ὡς

nonis familiaritatem Pythodorum Isolochi & Calliam Calliadæ filium; quorum uterque, centum minis Zenoni solutis, & sapiens evasit & eloquens. ALC. Per Jovem non habeo quem dicam. SOC. Esto. Quid ergo de te ipso cogitas? num permittere rem ita tecum esse ut nunc est, an *potius* aliquam *tui ipsius* curam habere? ALC. Communi consilio opus est, O Socrates: etenim tua dicta intelligo, eisque assentior. Nam qui Rempublicam administrant, præter admodum paucos, ineruditi mihi videntur. SOC. Quid tum? ALC. Si periti essent, oporteret eum, qui cum illis decertaturus esset, postquam didicisset, ac seipsum exercuisset, tunc demum tanquam contra Athletas ire: nunc autem postquam & isti, quamvis imperiti, ad Rempublicam accesserunt, quid exercitatione opus est mihi, aut molesta disciplina? Novi enim quod Naturæ dotibus longe hos superabo.

15. SOC. Papæ; quidnam, optime vir, dixisti? quam in-

ἀνάξιον τῆς ἰδέας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν σοὶ ὑπαρχόντων. ΑΛΚ. Τί μάλιστα, καὶ πρὸς τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀγανακτῶ ὑπέρ τε σοῦ, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἔρωτος. ΑΛΚ. Τί δή; ΣΩΚ. Εἰ ἠξίωσας τὸν ἀγῶνά σοι εἶναι πρὸς σοὶ οἱαδὲ ἀνθρώποις. ΑΛΚ. Ἀλλὰ πρὸς τίνας μᾶλλον; ΣΩΚ. Ἄξιον τοῦτο καὶ ἔρεσθαι ἄνδρα οἰόμενον μεγαλόφρονα εἶναι; ΑΛΚ. Πῶς λέγεις; ὁ πρὸς τούτους μοι ὁ ἀγών; ΣΩΚ. Ἆρα κἂν, εἰ τριήρη διενοοῦ κυβερνᾶν μέλλουσαν ναυμαχεῖν, ἤρκει ἄν σοι τῶν σωναυτῶν βελτίσῳ εἶναι τὰ κυβερνητικά; ἢ ταῦτα μὲν ᾤου ἂν δεῖν ὑπάρχειν, ἀπέβλεπες δὲ εἰς τοὺς ὡς ἀληθῶς ἀνταγωνιστάς, ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν εἰς τοὺς σωναγωνιστάς, ὧν δή που πρείττονά σε δεῖ τοσοῦτον, ὥστε μὴ σωαγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καταφρονηθέντας σωαγωνίζεσθαί σοι πρὸς τοὺς πολεμίους; εἰ δὴ τῷ ὄντι γε καλόν τι ἔργον ἐπιδείξασθαι βούλοιο, καὶ ἄξιον σαυτοῦ τε καὶ τῆς πόλεως. ΑΛΚ.

dignum ſpecie tua, ac reliquis iſtis tuis dotibus? ALC. Quare? & quorſum hæc dicis, O Socrates? SOC. Dolet enim mihi tum propter te, tum ob meum erga te amorem. ALC. Quidnam? SOC. Quod putaveris adverſus homines, qui hic ſunt, tibi certamen fore. ALC. Adverſus quos igitur? SOC. Decetne, ut id quærat vir qui tanti ſe faciat? ALC. Quid ais? nonne adverſus iſtos mihi certamen? SOC. Num itaque, ſi triremem pugnaturam gubernare ſtatueres, ſatis tibi putares, cæteris nautis gubernando præſtare? An hoc quidem ita eſſe oportere putares, at ſimul ad veros tuos adverſarios potius, quam, quod nunc facis, ad ſocios reſpiceres, quibus te tantum oportet excellere, ut non eos æmulareris, ſed parvi potius pendens, ſeu miniſtris adverſus hoſtes utereris, ſi quidem revera egregium aliquod facinus edere velis, te ac republica tua dignum? ALC.

Αλλὰ μὲν δὴ βουλοῖμά γε. ΣΩΚ. Πάνυ ἄρα σοι ἄξιον ἀγαπᾶν, εἰ τῶν τραπωτῶν βελτίων εἶ, ἀλλ' οὐ πρὸς τῶν ἀντιπάλων ἡγεμόνας ἀποβλέπειν, ὁπότε ἐκείνων βελτίων γένοιο, σκοποῦντα καὶ ἀσκοῦντα πρὸς ἐκείνους. ΑΛΚ. Λέγεις δὲ τίνας τούτους, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Οὐκ οἶσθα ἡμῶν τὴν πόλιν Λακεδαιμονίοις τε καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλεῖ πολεμοῦσαν ἑκάστοτε; ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ σὺ νῷ ἔχεις ἡγεμὼν εἶναι τῆσδε τῆς πόλεως, ὡς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς καὶ τοὺς Περσῶν τὸν ἀγῶνά σοι ἡγούμενον εἶναι, ὀρθῶς ἂν ἡγοῖο; ΑΛΚ. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν. ΣΩΚ. Οὐκ, ὦ ἄριστε· ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν, καὶ ἄλλους τοιούτους, οἳ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν, ἐπὶ τῇ ἀνδραποδώδει (φαῖεν ἂν αἱ γυναῖκες) τρίχα ἔχοντες ἐπὶ τῇ ψυχῇ ὑπ' ἀμουσίας, καὶ οὔπω ἀποβεβληκότες, ἐπ' ἦ βαρβαρίζοντες, ἐληλύθασι κολακεύ-

At id quidem cogito. SOC. An decet igitur, ut satis putes, si tuorum militum præstantissimus sis, non autem respicias ad hostium duces, qua ratione illis potius excellas, in hos intentus semper & contra illos te exercitans? ALC. Quos dicis, O Socrates? SOC. Nostin' urbem nostram cum Lacedæmoniis, ac magno Persarum rege, semper bellum gerere? ALC. Vera dicis. SOC. Nonne itaque, cum in animo habes hujus civitatis dux fieri, recte facias, si putes adversus Lacedæmoniorum Persarumq; Reges certamen te subiturum? ALC. Vera dicere videris. SOC. Non, O bone Vir: sed in Midiam coturnicum nutritorem te decet intentum esse, & alios hujusmodi, qui cum capillos, quos servi alebant, animo (quemadmodum mulierculæ dicerent) præ imperitia retinent, necdum abraserint, rem publicam tamen tractare aggrediuntur, adhuc barbariem redolentes, & prodeunt adula-

σοῦ τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες· πρὸς τοῦτόν σε δεῖ οὕστινα λέγω βλέποντα, σαυτοῦ [1] ἢ ἀμελεῖν, καὶ μήτε μανθάνειν ὅσα μαθήσεως ἔχει, μέλλοντα τοσοῦτον ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, μήτε ἀσκεῖν ὅσα δεῖται ἀσκήσεως, καὶ πᾶσαν παρασκευὴν παρασκευάσασθαι οὕτως ἱκανὴν ὅπῃ τὰ τῆς πόλεως; ΑΛΚ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, δοκεῖς μέν μοι ἀληθῆ λέγειν· οἶμαι μέντοι τούς τε Λακεδαιμονίων στρατηγοὺς, καὶ τὸν Περσῶν βασιλέα, ὀδὲν διαφέρειν τῶν ἄλλων. ΣΩΚ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, τί οἴηση ταύτην σκοπῶν οἵαν ἔχεις. ΑΛΚ. Τοῦ πέρι; ΣΩΚ. Πρῶτον μέν, πότερος ἂν οἴει σαυτοῦ μᾶλλον ὑπιμεληθῆναι; φοβούμενός τε καὶ οἰόμενος δεινοὺς αὐτοὺς εἶναι, ἢ μή; ΑΛΚ. Δηλονότι, καὶ εἰ δεινοὺς οἰοίμην. ΣΩΚ. Μῶν οὖν οἴῃ τι βλαβήσεσθαι, ὑπιμεληθεὶς σαυτοῦ; ΑΛΚ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ μεγάλα ὠνήσεσθαι. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο τοσοῦτο κα-

turi civitati, non autem imperaturi. Istos, inquam, intuentem oportet te temetipsum negligere, & neque discere quæ ad eruditionem pertinent, cum sis tantum certamen aditurus, neque exercere ea in quibus oportet te exerceri, nec quæ sunt præparanda parare, ut ita demum institutus civilem tandem administrationem capessas? ALC. O Socrates, vera mihi dicere videris: Arbitror tamen Lacedæmoniorum duces regemque Persarum nihil ab aliis discrepare. SOC. At, O Vir optime, animadverte, qualis hæc sit opinio tua. ALC. Qua in re? SOC. Utro modo te existimas diligentius teipsum curaturum? si illos tanquam potentissimos esse credens, formides, an si minime eos timeas? ALC. Si potentes illos existimavero. SOC. An censes curam, quam tute de te habes, alicubi tibi nocituram? ALC. Nullo modo; at contra maxime profuturam. SOC. Unum itaque hoc tan-

1 F. M.

κὸν ἔχει ἡ οἴησις αὕτη. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Τὸ δεύτερον τοίνυν, ὅτι καὶ ψευδὴς ἔστιν, ἐκ τῶν εἰκότων σκέψαι. ΑΛΚ. Πῶς δή; ΣΩΚ. Πότερον εἰκὸς ἀμείνους γίγνεσθαι φύσεις ἐν ἀγαθοῖς ἤθεσιν, ἢ μή; ΑΛΚ. Δηλονότι ἐν τοῖς ἀγαθοῖς. ΣΩΚ. Οὐκοῦν σὺ εὖ φύτας, ἐὰν καὶ εὖ τραφῶσιν, ὅτω τελέους γίγνεσθαι πρὸς ἀρετήν; ΑΛΚ. Ἀνάγκη.

ιζ'. ΣΩΚ. Σκεψώμεθα δή, τοῖς ἐκείνων τὰ ἡμέτερα ἀντιθέντες, πρῶτον μὲν εἰ δοκοῦσι φαυλότεροι ἀγαθῶν εἶναι Ⓐ Λακεδαιμονίων καὶ Περσῶν βασιλεῖς. ἢ οὐκ ἴσμεν, ὡς Ⓐ μὲν Ἡρακλέους, οἱ δὲ Ἀχαιμένους ἔκγονοι; τὸ δ' Ἡρακλέους τε γένος, καὶ τὸ Ἀχαιμένους, εἰς Περσέα τὸν Διὸς ἀναφέρεται. ΑΛΚ. Καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον, ὦ Σώκρατες, εἰς Εὐρυσάκην· ὁ δ' Εὐρυσάκης, εἰς Δία. ΣΩΚ. Καὶ γὲ τὸ ἡμέτερον, ὦ ἀγαθὲ Ἀλκιβιάδη, εἰς Δαίδαλον, ὁ δὴ Δαί-

tum malum ista tua opinio secum fert. ALC. Vera dicis. SOC. Deinde eam falsam esse, ex iis quæ probabilia sunt, consideres. ALC. Quomodo? SOC. Utrum consentaneum est, meliores esse indoles in nobili genere, quam ignobili? ALC. Manifestum quod in nobili. SOC. Nonne bene nati, si bene etiam educantur, ita demum ad virtutem perfectam perveniunt? ALC. Necesse est.

16. SOC. Consideremus itaque, illis nostra comparantes, primum quidem, utrum Lacedæmoniorum Persarumque Reges ignobiliori quam nos genere orti videantur. An ignoramus illos quidem ab Hercule, hos autem ab Achemene, genus ducere? Herculis autem & Achemenis origo ad Persem Jovis filium refertur. ALC. Et nostrum quidem, O Socrates, ad Euryfacem, Euryfacis autem ad Jovem. SOC. Atqui nostrum, O generose Alcibiades, ad Dædalum etiam, Dæ-

δαλος εἰς Ηφαιστον τὸν Διός. Ἀλλὰ τοὶ μὲν τούτων ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμθνα, βασιλεῖς εἰσιν ἐκ βασιλέων μέχρι Διός, οἱ μὲν, Αργους τε καὶ Λακεδαίμονος, ὁ δὲ, τῆς Περσίδος τοαιεί, πολλάκις δὲ καὶ τῆς Ασίας, ὥσπερ καὶ νῦν. ἡμεῖς δὲ αὐτοί τε ἰδιῶται, καὶ ὁ πατέρες. εἰ δὲ καὶ σοὶ προγόνους σε δέοι καὶ τὸν πατρόδα Εὐρυσάκους ὑποδεῖξαι Σαλαμῖνα, ἢ τὸν Αἰακοῦ τῶ ἔπ προτέρου Αἴγιναν, Αρταξέρξη δ' Ξέρξου πόσον ἂν οἴη γέλωτα ὄφλειν; ἀλλ' ὅρα μὴ τῷ τε ἡμεις ὄγκῳ ἐλαυνώμεθα τῶν ἀνδρῶν, ᾧ τῇ ἄλλῃ τροφῇ. ἢ οὐκ ἤκουσας τοῖς τε Λακεδαιμονίων βασιλεῦσιν ὡς μεγάλα τὰ ὑπάρχοντα; ὧν αἱ γυναῖκες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ὅπως εἰς δύναμιν μὴ λάθῃ ἐξ ἄλλου ῥόμβου ὁ βασιλεὺς, ἢ ἐξ Ηρακλειδῶν. ὁ δὲ Περσῶν τοσοῦτον ὑπερβάλλει, ὥστε οὐδεὶς ὑποψίαν ἔχει, ὡς ἐξ ἄλλου βασιλεὺς ἂν γένοιτο ἢ ἐξ αὐτοῦ. διὸ δὴ φρουρεῖται ἡ τῶ βασιλέως γύνη, ἀλλ' ἢ ὑπὸ φόβου.

dalus autem ad Vulcanum Jovis filium. Verum iſtorum majores, ab iis incipientes, reges ſunt ex regibus uſque ad Jovem, illi quidem Argivorum & Spartæ, hi vero Perſidis ſemper, ſæpe etiam, ut et nunc, Aſiæ. Nos autem majoreſque noſtri privati. Quod ſi te oporteret progenitores ac patriam Euryſacis oſtendere Salamina, vel Æaci etiam ætate prioris Æginam, Artaxerxem Xerxis filium quo te riſu excepturum putas? Sed vide, ne & generis dignitate, & educatione præterea illis inferiores ſimus. Nunquid audiſti quanta ſit Lacedæmoniorum regum dignitas? quorum uxores publice obſervantur ab Ephoris, ut, quantum fieri poteſt, Rex non ex alio quam Heraclidarum genere latenter oriatur. Perſarum vero Rex adeo excellit, ut nemo ſuſpicetur regem ex alio, quam ex ipſo genitum fore: quamobrem regis uxor non, præterquam metu, cuſtoditur.

ιή. Επειδαν δὲ γένηται ὁ παῖς ὁ τῶν τῶν βασιλεύοντων, ὅπερ ἡ ἀρχή, πρῶτον μὲν ἑορτάζουσι πάντες ὅσοι ἐν τῇ βασιλέως. ὧν ἂν ἄρχῃ, εἶτα εἰς τὸν ἄλλον χρόνον ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ασία. ἡμῖν δὲ γεννωμένων, τὸ τοῦ κωμῳδοποιοῦ, οὐδ' ὅσοι γείτονες σφόδρα τοι αἰθάνονται, ὦ Αλκιβιάδη. μετὰ τοῦτο τρέφεται ὁ παῖς, οὐχ ὑπὸ γυναικὸς τροφοῦ ὀλίγου ἀξίας, ἀλλ' ὑπ' εὐνούχων, οἳ ἂν δοκῶσι τῶν περὶ βασιλέα ἄριστοι εἶναι· οἷς τότε ἄλλα προστέτακται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ γεννωμένου, καὶ ὅπως ὡς κάλλιστος ἔσται μηχανᾶσθαι, ἀναπλάττοντας τότε μέλη τοῦ παιδὸς καὶ κατορθοῦντας. καὶ ταῦτα δρῶντες ἐν μεγάλῃ τιμῇ εἰσίν. ἐπειδὰν δὲ ἑπτέτεις γένωνται οἱ παῖδες, ὑπὸ τοὺς ἵππους, καὶ ὑπὸ τοῦ τούτων διδασκάλους φοιτῶσι, καὶ ἐπὶ τοὺς θήρας ἄρχοντα ἰέναι. δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν, τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐκλελεγμένοι Περ-

17. Postquam vero natus est primogenitus, qui succedit in regnum, primo quidem eum diem omnes qui sub regno sunt celebrant, deinde in posterum quotannis natalem illum regis diem sacris ac festis omnis Asia colit. Cum vero apud nos quis nascitur, ne vicini quidem, ut ait Comœdus, sentiunt, O Alcibiades. Deinceps nutritur puer, non a muliere nutrice parum honorifica, verum ab Eunuchis, qui eorum qui circa regem sunt optimi videantur, quibus & alia, quæ spectant ad curam pueri, demandantur, ac præcipue, ut natum quam pulcherrimum reddant, componentes membra ejus atque dirigentes. Atque hæc facientes magnó in honore habentur. Cum autem pueri septimum ætatis annum impleverunt, ad equos & equestris artis magistros se conferunt, deinde in venationem tendunt. Anno vero decimo quarto puerum suscipiunt ii quos regios pædagogos appellant. Sunt autem ii ex om-

σῶν ⓐ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες, ὅ, τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ωρομάζου· (θεῶν δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία·) διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. ὁ δὲ δικαιότατος, ἀληθεύειν ἀεὶ παντὸς τοῦ βίου· ὁ δὲ σωφρονέστατος, μηδ' ὑπὸ μιᾶς ἄρχεσθαι τῶν ἡδονῶν, (ἵνα ἐλεύθερος εἶναι ἐθίζηται, καὶ ὄντως βασιλεὺς ἄρχων σοφὸς τῶν ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μὴ δουλεύων·) ὁ δὴ ἀνδρειότατος, ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζων, ὅταν δείσῃ, δοῦλον ὄντα. σοὶ δ', ὦ Αλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέστησε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα. δι' ἣν δὴ καὶ ἐγὼ τὴν ἄλλην ἂν σοι τῶν ἀναγωγῶν τροφήν τε καὶ παιδείαν, εἰ μὴ πολὺ ἔργον ἦν, καὶ ἅμα ταῦτα ἱκανὰ δηλῶσαι καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις ἀκόλουθα. τὴν δὲ σῆς γενέσεως, ὦ Αλκιβιάδη, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν, Αθηναίων (ὡς ἔπος εἰπεῖν) οὐδενὶ μέλει,

nibus Perſis electi præcipuique adulta ætate quatuor, ſapientiſſimus, juſtiſſimus, temperatiſſimus, fortiſſimus aliquis. Quorum primus magicam Zoroaſtri, Oromazi filii, docet: eſt autem illa, deorum cultus: atque idem tradit inſtituta regia. Secundus admonet, ut in omni vita ſit verax. Tertius, ne ulla cupiditate ſuperetur, ut liber vivere conſueſcat, ac revera Rex, imperans iis ante omnia, quæ in ipſo ſunt, nec ulli ſerviens. Quartus denique impavidum illum & intrepidum reddit, ne quando quippiam metuens ſervus fiat. Tibi autem, O Alcibiades, Pericles adjunxit pædagogum, Zopyrum Thracem, omnium ſervorum ſuorum præſenio inutiliſſimum. Narrare tibi poſſem præterea reliquam educationem & diſciplinam adverſariorum tuorum, niſi longum eſſet, & ſimul hæc ſufficerent ad cætera quæ hinc ſequuntur oſtendenda. Tuæ vero aliorumve Athenienſium generationis, educationis, & diſci-

1 F. ἅπ δὴ, ὅταν &c. *Steph.*

εἰ μὴ εἴ τις ἐραστής σου τυγχάνει ὤν. εἰ δ' αὖ ἐθέλεις εἰς πλούτους ἀποβλέψαι, καὶ τρυφὰς, καὶ ἑαθῆτας, ἱματίων θ' ἕλξεις, καὶ μύρων ἀλοιφὰς, καὶ θεραπόντων πλήθος ἀκολουθίας, τήν τε ἄλλην ἀβρότητα τὴν Περσῶν, αἰσχυνθείης ἂν ὀπὶ σαυτῷ, αἰσθόμενος ὅσον αὐτῶν ἐλλείπεις. εἰ δ' αὖ ἐθελήσεις εἰς σαφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα ἀποβλέψαι, καὶ εὐχέρειαν, καὶ εὐκολίαν, καὶ μεγαλοφροσύνην, καὶ εὐταξίαν, καὶ ἀνδρίαν, καὶ καρτερίαν, καὶ φιλοπονίαν, καὶ φιλονεικίαν, καὶ φιλοτιμίας τὰς Λακεδαιμονίων, πᾶσα ἂν ἡήσαιο σαυτὸν πᾶσι τοῖς τοιούτοις.

ιθ' Εἰ δ' αὖ τι καὶ πλούτῳ περιέχεις, καὶ κατὰ τοῦτο οἴει τι εἶναι, μήδε τοῦτ' ἡμῖν ἄρρητον ἔστω, ἐάν πως αὐτὴ οὗ εἶ. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰ θέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, γνώσῃ, ὅτι πολὺ πανθάδε τοῦ σοῦ ἐλλείπει. γῆν μὲν γὰρ ὅσην ἔχουσι τῆσδ' ἑαυτῶν καὶ Μεσσήνης, οὐδ' ἂν

plinæ nulli, ut ita dicam, cura eſt, niſi forte alicui tuo amatori. Jam vero divitias, delicias, amictus, veſtiumque luxurioſum ornatum, unguentorum odores, miniſtrorum ſequentium turbam, reliquamque Perſarum mollitiem ſi conſiderare voles, pudebit te tui ubi intelliges quantum illis inferior ſis. Contra ſi conſiderare velis Lacedæmoniorum temperantiam, modeſtiam, facilitatem, manſuetudinem, magnanimitatem, moderationem, fortitudinem, conſtantiam, tolerantiam, æmulam ambitionem, & amorem gloriæ, puerum te iis omnibus in rebus judicabis.

18. Si quid rurſus opulentiæ tribuis, & hic aliquis eſſe putas, neque hoc a nobis ſilentiô prætereatur. Modo ſentias ubinam ſis, & Lacedæmoniorum divitias intuearis, cognoſces profecto nos ab illis longe admodum ſuperari. Quicquid enim, aut ſui agri, aut Meſſanienſis poſſident, nemo noſtrum

εἰς ἀμφισβητήσειε τ' τῆδε πλήθει, ὐδὲ ἀρετῇ, οὐδ' αὖ ἀνδραπόδων κτήσει τῷ τε ἄλλων καὶ τῶν εἱλωτικῶν, οὐδὲ μὴν ἵππων γε, ὐδ' ὅσ' ἄλλα βοσκήματα κατὰ Μεσσήνην νέμεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα ἐῶ χαίρειν. χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον, οὐκ ἔστιν ὂν πᾶσιν Ἕλλησιν ὅσον ὂν Λακεδαίμοσιν ἰδίᾳ. πολλὰς γὰρ ἤδη γενεὰς εἰσέρχεται μὲν αὐτὸς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, πολλάκις δὲ καὶ βαρβάρων, ἐξέρχεται δὲ οὐδαμόσε. ἀλλ' ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ φησὶ τὸν λέοντα εἰπεῖν, καὶ ὃ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματι εἰσιόντος μὲν τὰ ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα ὁρᾶται, ἐξιόντος δὲ ὐδαμοῦ ἄν τις ἴδοι. ὥστε εὖ χρὴ εἰδέναι ὅτι καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ οἱ ἐκεῖ πλουσιώτατοί εἰσι τῶν Ἑλλήνων, καὶ αὐτῶν ἐκείνων ὁ βασιλεύς. ἐκ τε γὰρ τ' τοιούτων μέγιστα λήψεις καὶ πλεῖστά εἰσι τοῖς βασιλεῦσιν. ἔτι δὲ καὶ ὁ βασιλικὸς φόρος ὐκ ὀλίγος γίγνεται, ὃν τελοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς

dubitabit, quin amplitudine & ubertate, ac ſervorum tam aliorum, quam Helotarum, frequentia, & equorum præterea, aliorumque pecorum, quæ fert Meſſania, copia *noſtros ſuperet*. Cæterum hæc omnia in præſens omitto. Auri vero & argenti apud Lacedæmonas copia tanta, quantam ne univerſa quidem reliqua Græcia poſſidet. Multa enim jam ſæcula infertur quidem illuc ex univerſa Græcia, ſæpe etiam ex Barbaria, effertur autem nuſquam. Sed revera juxta Æſopi fabulam, ut vulpes leoni dixit, ſic & nummi veſtigia, Lacedæmonem ingredientis, illuc quidem converſa conſpicua ſunt, egredientis vero nuſquam aliquis viderit. Unde cognoſcere licet Lacedæmonios auri atque argenti Græcorum omnium eſſe ditiſſimos; & ipſorum ditiſſimum eſſe Regem. Ex iis enim maxima pars ad illum pervenit. Tributum præterea Regium non contemnendum, quod Lacedæmonii Regibus

βασιλεῦσι. καὶ τὰ μὲν Λακεδαιμονίων, ὡς πρὸς Ἑλληνικοὺς μὲν πλούτους, μεγάλα· ὡς δὲ πρὸς τοὺς Περσικοὺς, καὶ τοῦ ἐκείνων βασιλέως, οὐδέν. ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων πρὸς βασιλέα, ὃς ἔφη πορευθεὶς χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν, ἣν καλεῖν τὰς ὑποζώστιδας Ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός, εἶναι δὲ καὶ ἄλλην, ἣν αὖ καλεῖσθαι Καλύπτραν. καὶ ἄλλους πολλοὺς τόπους καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς εἰς τὸν κόσμον ἐξημμένους τὸν τῆς γυναικός, καὶ ὀνόματα ἔχειν ἑκάστους τῶν τόπων ἀπὸ ἑκάστου τῶν κόσμων. ὥστε οἶμαι ἐγὼ, εἴ τις εἴποι τῇ βασιλέως μητρὶ, Ξέρξῃ δὲ γυναικὶ, Ἀμάστριδι, ὅτι ἐν νῷ ἔχει σοῦ τῷ υἱεῖ ἀντιπάσασθαι ὁ Δεινομάχης υἱὸς, ᾧ ἐστι κόσμος ἴσος ἀξίως μνῶν πεντήκοντα, εἰ πάνυ πολλοῦ, τῷ δὲ υἱεῖ αὐτῆς, γῆς πλέθρα Ἐρχιάσιν οὐδὲ τριακόσια, θαυμάσαι ἂν ὅτῳ ποτὲ πιστεύων ἐν νῷ ἔχει οὕτως ὁ Ἀλκιβιάδης ᾧ Ἀρταξέρξῃ διαγωνίζεσθαι. καὶ οἶμαι ἂν

persolvunt. Et Res quidem Lacedæmoniorum, quoad reliquos Græcos, amplæ: quoad vero Persas Persarumque Reges, augustæ. Audivi quippe ex quodam viro fide digno, uno eorum qui ad Persarum Regem profecti erant, se, per integrum pene diem, latam ac fertilem peragrasse provinciam, quam incolæ uxoris regiæ Zonam appellarent: esse quoque aliam, nomine quam vocarent Calyptram; et multas alias regiones pulchras ac fertiles ad ornatum Reginæ solius pertinere, nominaque singulis locis a singulis ornamentis imposita esse. Quamobrem, opinor, si quis Amastridi, Xerxis quidem uxori, regis autem matri, dicat, pugnare filium Dinomachæ in animo habere cum ipsius filio, cujus ornatus ad summum quinquaginta fortasse est minarum, filio autem ejus agri jugera in Erchiadibus minus quam trecenta, eam admiraturam qua re fretus hic Alcibiades audeat cum Artaxerxe pug-

αὐτῷ εἰπεῖν, ὅπι οὐκ ἐᾷ ὅτῳ ἄλλῳ πιστεύων οὕτω ὁ ἀνὴρ ἐπιχειρεῖ, πλὴν ἐπιμελείᾳ τε καὶ σοφίᾳ. ταῦτα γὰρ μόνα ἄξια λόγου ἐν Ελλησιν. ἐπεὶ εἴ γε σύδοιτο ὡς Αλκιβιάδης οὕτω σφόδρα μὲν ἔτι οὔπω γεγονὼς σοφὸς εἰκοσιν, ἔπειτα παντάπασιν ἀπαίδευτος, σοὶς δὲ τούτοις τῶν ἑαυτοῦ αὐτὸς λέγοντος ὅτι χρὴ σοφὸν μαθόντα, καὶ ἐπιμεληθέντα αὐτοῦ καὶ ἀσκήσαντα, οὕτως ἰέναι ἐφ' ἁγωνιούμενον βασιλεῖ, ὃν ἐθέλῃ, ἀλλὰ φησιν ἱκανὸν εἶναι καὶ ὡς ἔχῃ, οἶμαι ἂν θαυμάσαι τε καὶ ἐρέσθαι, τί οἴων ποτὲ ὄντων ὅτῳ πιστεύῃ τὸ μειράκιον; εἰ οὖν λέγοιμεν, ὅτι κάλλει τε καὶ μεγέθει, καὶ γένει καὶ πλούτῳ, καὶ φύσει τῆς ψυχῆς, ἡγήσαιτ' ἂν ἡμᾶς, ὦ Αλκιβιάδη, μαίνεσθαι, ὁρῶντας τὰ παρὰ σφίσιν ὑποβλέψαντα πάντα τοιαῦτα. οἶμαι δ' ἂν καὶ Λαμπιδὼ τὴν Λεωτυχίδου μὲν θυγατέρα, Αρχιδάμου δὲ γυναῖκα, Αγιδος δὲ μητέρα, οἳ πάντες βασιλεῖς γεγόασι, θαυμάσαι ἂν καὶ ταύ-

nare. Reorque illam arbitraturam hunc virum nulla alia re, nisi diligentia sapientiaque, confisum id aggredi: hæc quippe sola apud Græcos æstmatione digna esse. Alioquin, si intelligat, hunc Alcibiadem certamen tantum inire, primo quidem nondum viginti annos prorsus natum, deinde omnino indoctum, ac insuper amatori suo, monenti ut prius discat curamque adhibeat, seseque exerceat, quam tantum regem invadat, non obsequentem, at dicentem satis commode rem uti nunc est se habere, arbitror illam admiratione concitam interrogaturam, quidnam sit quo adolescens iste confidat? Cui si responderemus, pulchritudine, proceritate, nobilitate, divitiis, animo, nos, O Alcibiades, insanire putaret, hæc apud suos omnia potentiora sciens. Eodemque modo arbitror Lampidonem, Leotychidæ filiam, Archidami vero uxorem, Agidis autem matrem, qui omnes reges extitere, miraturam,

τῶν εἰς τὰ τοῦδε σφίσιν ὑπάρχοντα ἐπιβλέψασιν, εἰ σὺ ὃν νῷ ἔχεις τῷ ἰέναι αὐτῆς ἀμφισβητεῖσθαι οὕτω κακῶς ἠγωνίσω. καί τοι οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ εἶναι, εἰ αἱ τῶν πολεμίων γυναῖκες βέλτιον ἀμφισβητοῦνται τοῦδε ἡμῶν, οἵους χρὴ ὄντας σφίσιν ἐπιχειρεῖν, ἢ ἡμεῖς τοῦδε ἡμῶν αὐτῶν; ἀλλ', ὦ μακάριε, πειθόμενός τε ἐμοί τε καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς γράμματι, Γνῶθι σαυτόν, ὅτι οὗτοι ἡμῶν εἰσιν ἀντίπαλοι, ἀλλ' οὐχ οὓς σὺ οἴῃ. ὧν ἄλλῳ μὲν οὐδ' ἂν ἑνὶ τοσοῦτῳ ἀμελήσαιμεν, εἰ μὴ ἐπιμέλεια τε ἂν ᾖ τέχνη· ὧν σὺ εἰ ἀπολειφθήσῃ, ἢ δ' ὀνομαστὸς γενέσθαι ἀπολειφθήσῃ, ἐν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, δ' μοι δοκεῖς ἐρᾶν, ὡς ἁδρὸς ἄλλος ἄλλα.

κ'. ΑΛΚ. Τίνα οὖν χρὴ τὴν ἐπιμέλειαν, ὦ Σώκρατες, ποιεῖσθαι, ἔχεις ἐξηγήσασθαι; σαντὸς γὰρ μᾶλλον ἔοικας ἀληθῆ εἰρηκότι. ΣΩΚ. Ναί. ἀλλὰ γὰρ κοινῇ βουλῇ, ὅτιπερ τάχιστα ἐν ὅτι βέλτιστοι γενοίμεθα. ἐγὼ γὰρ τοι οὐ τοῦδε μὲν σοῦ λέγω, ὡς χρὴ παιδευθῆναι, τοῦδε

cum res ſuas reſpiciat, te tam male inſtructum cum filio ſuo in animo habere bellum movere. Atqui nonne turpe videtur, ſi hoſtium mulieres rectius judicent, quam noſmet ipſi, de iis dotibus quibus inſtructi contra illos accingi debeamus? Cæterum, O beate, mihi & illi, quod in Delphis eſt, effato obtemperans, Noſce teipſum: quoniam ii ſunt adverſarii noſtri, non quos ipſe reris, quos quidem nulla re aliâ, niſi induſtria, & arte, ſuperare licet. Quibus profecto ſi inferior fueris, gloria quoque apud Græcos & Barbaros tibi decrit; quam ſic ardenter videris appetere, ut nemo unquam aliquid ardentius concupiverit.

20. ALC. Quam igitur curam adhibendam cenſes, O Socrates? An potes oſtendere? Mihi enim, ſupra quam dici poſſit, vera dixiſſe videris. SOC. Poſſum quidem, verum communi conſilio opus eſt, qua ratione quam optimi efficiamur. Ego enim non te tantum, ve-

ἐμοῦ δὲ οὔ. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτῳ σοῦ δεήσομαι, πλὴν γε ἑνός.
ΑΛΚ. Τίνι; ΣΩΚ. Ὁ ἐπίτροπος ὁ ἐμὸς βελτίων ἐστὶ καὶ σοφώτερος, ἢ Περικλῆς ὁ σός. ΑΛΚ. Τίς οὗτος, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Θεός, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὅστις σοί με οὐκ εἶα πρὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας διαλεχθῆναι· ᾧ καὶ πιστεύων λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια δι' οὐδενὸς ἄλλου σοι ἔσται, ἢ δι' ἐμοῦ. ΑΛΚ. Παίζεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἴσως. λέγω μέντοι ἀληθῆ, ὅτι ἐπιμελείας δεόμεθα· μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι, σχεδὸν γέ τι καὶ μάλα σφόδρα. ΑΛΚ. Οὐκοῦν ἐγώ γε καὶ ὑμεῖς. ΣΩΚ. Οὐδὲ μὴν, ὅτι γε ἐγώ. ΑΛΚ. Τί οὖν ἂν ποιοῖμεν; ΣΩΚ. Οὐκ ἀποκνητέον, οὐδὲ μαλθακιστέον, ὦ ἑταῖρε. ΑΛΚ. Οὔκουν δὴ πρέπει γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ, ἀλλὰ σκεπτέον κοινῇ· καί μοι λέγε· φαμὲν γὰρ ὡς ἄριστοι βούλεσθαι γενέσθαι· ἢ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΣ. Τίνα ἀρετήν; ΑΛΚ. Δηλονότι, ἥπερ οἱ ἄνδρες ἀγαθοί.

rum etiam me ipsum, disciplinâ indigere dico. Nam unum solum est quo a te differo. ALC. Quidnam? SOC. Curator meus melior est & sapientior, quam tuus Pericles. ALC. Quis hic, O Socrates? SOC. Deus, O Alcibiades, qui me vetuit ante hunc diem tecum differere, cui credens assero te per nullum alium, quam per me, claritatem consecuturum. ALC. Jocaris, O Socrates. SOC. Forsitan; vera tamen loquor, quod uterque curatione indigemus; imo homines universi, cæterum nos quamplurimum. ALC. Quod quidem ego indigeam, haudquaquam falleris. SOC. Neque etiam quod ego ipse. ALC. Quid igitur agendum? SOC. Nec hæsitandum, neque etiam mollitiæ indulgendum est, O amice. ALC. Non decet, O Socrates. SOC. Non certe, sed communi consilio opus est. Verum dic mihi; fatemur enim velle nos quam optimos fieri. ALC. Certe. SOC. In qua facultate? ALC. Qua videlicet viri boni. SOC. Quanam in

ΣΩΚ. Οἱ πί ἀγαθοί; ΑΛΚ. Δηλονότι, ἃ πράττειν τὰ πράγματα. ΣΩΚ. Οποῖα ἄρα; τὰ ἱππικά; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Παρὰ τὰς ἱππικὰς γὰρ ἂν ἴμεν. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αλλὰ τὰ ναυτικά λέγεις; ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Παρὰ τὰς ναυτικὰς γὰρ ἂν ἴμεν. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αλλὰ ποῖα; ἃ τίνες πράττουσιν; ΑΛΚ. Απερ Αθηναίων οἱ καλοὶ κἀγαθοί. ΣΩΚ. Καλὰς καὶ ἀγαθὰς λέγεις τὰς φρονίμας, ἢ τὰς ἄφρονας; ΑΛΚ. Τὰς φρονίμους. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὁ ἕκαστος φρόνιμος, τοῦτο ἀγαθός; ΑΛΚ; Ναί. ΣΩΚ. Ο δὲ ἄφρων, πονηρός; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Αρ' ἔν ὁ σκυτότομος φρόνιμος εἰς ὑποδημάτων ἐργασίαν; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Αγαθὸς ἄρα εἰς ταῦτα. ΑΛΚ. Αγαθός. ΣΩΚ. Τί δέ; εἰς ἱματίων ἐργασίαν ἦκ ἄφρων ὁ σκυτότομος; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Κακὸς ἄρα εἰς τοῦτο. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ο αὐτὸς ἄρα τούτῳ γε ᾧπερ λόγῳ κακός τε καὶ ἀγαθός. ΑΚΛ. Φαίνεται.

re boni? ALC. In rebus agendis. SOC. In quibus? num in re equestri? ALC. Non. SOC. Ad equites enim iremus. ALC. Profecto. SOC. Nunquid in navis gubernatione dicis? ALC. Nequaquam. SOC. Ad nautas enim iremus? ALC. Iremus. SOC. In quo ergo negotio, & quorum hominum officio? ALC. In iis quæ clari bonique Athenienſium viri agunt. SOC. Claros ac bonos, ſapientes an inſipientes appellas? ALC. Sapientes. SOC. In quo unuſquiſque ſapiens, in eodem bonus? ALC. Certe. SOC. Inſipiens autem malus? ALC. Quidni? SOC. Num itaque ſutor ſapiens in calceorum artificio? ALC. Prorſus. SOC. Bonus ergo ad hæc? ALC. Bonus. SOC. Quid vero, in veſtibus conficiendis nonne ſutor hic inſipiens? ALC. Ita. SOC. Malus ergo ad hæc? ALC. Ita. SOC. Idem itaque ſecundum hanc rationem etiam bonus atque malus erit. ALC. Videtur.

κἀ. ΣΩΚ. Η οὖν λέγεις τοὺς ἀγαθοὺς ἄνθρας εἶ καὶ κακούς; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Αλλὰ πάνυ ποτὲ τοὺς ἀγαθοὺς λέγεις; ΑΛΚ. Τοὺς δυναμένους ἔγωγε ἄρχειν ἐν τῇ πόλει. ΣΩΚ. Οὐ δή που ἵππων γε. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Αλλ' ἀνθρώπων; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αρα καμνόντων; ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Αλλὰ πλεόντων; ΑΛΚ. Οὐ φημι. ΣΩΚ. Αλλὰ θεριζόντων; ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Αλλ' οὐδὲν ποιούντων, ἢ τί ποιούντων; ΑΛΚ. Ποιούντων λέγω. ΣΩΚ. Τί; πειρῶ καὶ ἐμοὶ δηλῶσαι. ΑΛΚ. Οὐκοῦν τοὺς συμβαλλόντων ἑαυτοῖς, καὶ χρωμένων ἀλλήλοις, ἅπερ ἡμεῖς ζῶμεν ἐν ταῖς πόλεσιν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀνθρώπων λέγεις ἄρχειν, ἀνθρώποις χρωμένων; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αρα κελευστῶν, χρωμένων ἐρέταις; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Κυβερνητικῆς γε αὖ τινὸς ἀρετή. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αλλ' ἀνθρώπων λέγεις ἄρχειν αὐλητῶν, ἀνθρέπτις ἠσθμένων ὢν δῆς, ἢ

21. SOC. An dicis viros bonos malos etiam esse? ALC. Nequaquam. SOC. Quos tandem bonos vocas? ALC. Eos qui in civitate præesse possunt. SOC. Non tamen equis? ALC. Non certe. SOC. At hominibus? ALC. Hominibus. SOC. Num hominibus ægrotantibus? ALC. Non dico. SOS. Metentibusne? ALC. Neque his. SOC. Aliquidne, vel nihil, facientibus? ALC. Facientibus aliquid. SOC. Quid tandem facientibus? id mihi declara. ALC. Commercia inquam agitantibus, atque mutua opera utentibus quemadmodum nos in civitatibus vivere solemus. SOC. Nunquid imperare eos dicis hominibus *ejusmodi*, qui hominibus utuntur? ALC. Dico. SOC. An gubernatoribus qui remigibus utuntur? ALC. Non. SOC. Hæc enim gubernatoriæ facultatis virtus est. ALC. Est. SOC. Fortasse imperare dicis tibicinibus, qui canentibus præsunt, & saltato-

χρωμένων χορευταῖς; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Χορο-διδασκαλικὴ γὰρ αὕτη γ' αὖ. ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τί ποτε λέγεις χρωμένων ἀνθρώποις ἀνθρώποις οἵόντ' εἶναι ἄρχειν; ΑΛΚ. Κοινωνούντων ἔγωγε λέγω πολιτείας, καὶ συμβαλλόντων πρὸς ἀλλήλους, τούτων ἄρχειν τῷ ἐν τῇ πόλει. ΣΩΚ. Τίς οὖν αὕτη ἡ τέχνη; ὥσπερ ἂν εἰ σε ἐρωτῴμην πάλιν ταυτηνὶ δὴ, κοινωνούντων ναυτιλίας ὑπίσχεσθαι ἄρχειν, τίς ποιεῖ τέχνη; ΑΛΚ. Κυβερνητική. ΣΩΚ. Κοινωνούντων δὲ ᾠδῆς, ὡς νυνὶ δὴ ἐλέγετο, τίς ὑπισχνεῖται ποιεῖ ἄρχειν; ΑΛΚ. Ηνπερ σὺ ἄρτι ἔλεγες, ἡ χορο-διδασκαλία. ΣΩΚ. Τί δὲ πολιτείας κοινωνούσης, τίνα καλεῖς ὑπισχνεῖται; ΑΛΚ. Εὐβουλίαν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Τί δέ; μῶν ἀβουλία δοκεῖ εἶναι ἡ τῶν κυβερνητῶν; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Αλλ' εὐβουλία; ΑΛΚ. Εμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Εἰς γε ὃ σώζεσθαι πλέ-

ribus utuntur. ALC. Neque his. SOC. Hoc namque ad artem chori inſtruendi magiſtram pertinet. ALC. Omnino. SOC. Quid denique vocas imperare poſſe hominibus, qui utuntur hominibus? ALC. Nimirum hominibus communicantibus ſecum invicem Rempublicam & commercia, id eſt civibus hiſce, imperare. SOC. Quænam hæc ars eſt? quemadmodum ſi te iterum rogem, quænam facultas efficit, ut præeſſe iis, qui navigando communicant, ſciamus? ALC. Gubernatoria. SOC. Communicantibus autem in cantu, ut paulo ante dicebatur, quæ ſcientia præeſſe docet? ALC. Quam tu nuper aiebas, chori inſtruendi diſciplina. SOC. Rempublicam vero communicantibus præeſſe docentem, quam ſcientiam vocas? ALC. Scientiam bene conſulendi, O Socrates. SOC. Num tibi videtur gubernatorum ars carere conſilio? ALC. Minime. SOC. Eſtne ipſa quoque in bene conſulendo poſita? ALC. Mihi ſane videtur. SOC. Ad na-

σθαι. ΑΛΚ. Καλῶς λέγεις. ΣΩΚ. Τί δέ; ἣν σὺ καλεῖς εὐβουλίαν, εἰς τί ἐστιν; ΑΛΚ. Εἰς ὅ ἄμεινον τὴν πόλιν διοικεῖν, καὶ σώζεσθαι. ΣΩΚ. Ἀμεινον δὲ διοικεῖται καὶ σώζεται, τίνος παρουσίου ἢ ἀπουσίου; ὥσπερ εἰ σύ με ἔροιο, ἄμεινον διοικεῖται σῶμα καὶ σώζεται, τίνος παρουσίου ἢ ἀπουσίου; εἴποιμ' ἂν, ὅτι ὑγείας μὲν παρουσίης, νόσου δὲ ἀπουσίης. ἆρ' οὕτω καὶ σὺ οἴει ἔχειν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ εἴ με αὖ ἔροιο, τίνος δὲ αὖ ἄμεινον ὄμματα; ὡσαύτως εἴποιμ' ἄν, ὅτι ὄψεως μὲν παρουσίης, τυφλότητος δὲ ἀπουσίης. καὶ ὦτα δέ, κωφότητος μὲν ἀπουσίης, ἀκοῆς δὲ παρουσίης, βέλτιόν τε γίγνεται, καὶ ἄμεινον θεραπεύεται. ΑΛΚ. Ὀρθῶς. ΣΩΚ. Τί δὲ δή; πόλις τίνος παρουσίου καὶ ἀπουσίου, βελτίων τε γίγνεται, καὶ ἄμεινον θεραπεύεται καὶ διοικεῖται; ΑΛΚ. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ὅταν φιλία μὲν αὐτοῖς γίγνηται πρὸς ἀλλήλους, ὀδιὰ δὲ μισεῖν τε καὶ στασιάζειν ἀπόγηται. ΣΩΚ. Ἀρ' ὃν φιλίαν λέ-

vigantium ſalutem. ALC. Recte loqueris. SOC. Id vero quod bonum conſilium vocas, quo ſpectat? ALC. Ad meliorem civitatis inſtitutionem ſalutemque. SOC. Quanam re præſente vel abſente melius diſponitur atque ſervatur? Quemadmodum ſi ipſe me roges, quo præſente aut abſente bene ſe habent corpora: reſponderem utique ſanitate præſente, morbo vero abſente. Idem & tu exiſtimas? ALC. Idem. SOC. Quod ſi item quæras unde oculis bonus habitus, eadem ratione reſponderem, nempe viſu præſente, & cæcitate remota. Et aures optime curari fugata ſurditate, & præſente auditu. ALC. Recte. SOC. Civitas autem quo remoto, quove adhibito, melior fit, ac melius curatur & inſtituitur? ALC. Ut mihi videtur O Socrates, quando amicitia ſit inter cives; odia vero & ſeditiones abſint. SOC. Amicitiam vocas conſenſionem, an diſſenſionem?

γεις ὁμονοίαν, ἢ διχόνοιαν; ΑΛΚ. Ομόνοιαν. ΣΩΚ. Διὰ τίνα δὴ τέχνην ὁμονοοῦσιν αἱ πόλεις περὶ ἀριθμούς; ΑΛΚ. Διὰ τὴν Αριθμητικήν. ΣΩΚ. Τί δέ; οἱ ἰδιῶται δὲ διὰ τὴν αὐτήν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκ ἔστι καὶ αὐτὸς αὑτῷ ἕκαστος; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Δία τίνα δὴ τέχνην αὐτὸς αὑτῷ ἕκαστος ὁμολογεῖ περὶ σπιθαμῆς καὶ πήχεως ὁπότερον μεῖζον; ἢ διὰ τὴν μετρητικήν; ΑΛΚ. Τί μήν; ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ οἱ ἰδιῶται ἀλλήλοις καὶ αἱ πόλεις; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δὲ περὶ ταθμοῦ, ἢ περὶ ὡσαύτως; ΑΛΚ. Φημί. ΣΩΚ. Ἦν δὲ δὴ σὺ λέγεις ὁμόνοιαν, τίς ἐστι, καὶ περὶ τί; καὶ τίς αὐτὴν τέχνη παρασκευάζει; καὶ ἆρα, ἥπερ πόλει, αὐτή καὶ ἰδιώτῃ, αὐτή τε πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς ἄλλον; ΑΛΚ. Εἰκός γέ τοι. ΣΩΚ. Τίς οὖν ἐστι; μὴ χαλεπὸς ἀποκρινόμενος, ἀλλὰ προθυμοῦ εἰπεῖν. ΑΛΚ. Ἐγὼ μὲν οἶμαι φιλίαν τε λέγειν καὶ ὁμόνοιαν, ἥπερ πατήρ τε υἱὸν φιλῶν ὁμονοεῖ καὶ μήτηρ, καὶ ἀδελφὸς ἀδελφῷ, καὶ γυνὴ ἀνδρί.

ALC. Conſenſionem. SOC. Per quam artem civitates circa numeros conſentiunt? ALC. Per Arithmeticam? SOC. Privati vero, annon propter eandem? ALC. Nempe. SOC. Et unuſquiſque ſecum ipſe? ALC. Certe. SOC. Per quam artem quiſque ſecum ipſe conſentit de palmo & cubito uter major ſit? nonne per metiendi peritiam? ALC. Quidni? SOC. Nonne ſcilicet privatim & publice? ALC. Imo. SOC. Et de ponderibus eodem pacto? ALC. Aſſentior. SOC. Conſenſus igitur quem dicis, quiſnam eſt? circa quid? quæ ars eum præſtat? Num etiam conſenſus talis eſt, ut inſit & reipublicæ & privato unicuique tum erga ſeipſum tum erga alios? ALC. Conſentaneum. SOC. Quiſnam igitur eſt? ne pigeat reſpondere, ſed prompte dicas. ALC. Reor equidem eſſe eam amicitiam, & conſenſionem, per quam pater ac mater filium, & frater fratrem, & uxor virum, amantes conſentiunt.

κϐ'. ΣΩΚ. Οἴῃ ἂν ϑν, ὦ Αλκιβιάδη, ἄνδρα γυναικὶ περὶ ταλασιουργίας δύνασθαι ὁμονοεῖν, τὸν μὴ ὀπιστάμυνον, τῇ ὀπιστάμυνι; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐδέ γε δεῖ ὑδέν· γυναικεῖον γὸ τοῦτο μάθημα. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δέ; γυνὴ ἀνδρὶ περὶ ὁπλιτικῆς δυύαιτ' ἂν ὁμονοεῖν, μὴ μαθοῦσα; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ανδρεῖον γὰρ τοῦτό γε ἴσως φαίης ἂν εἶναι. ΑΛΚ. Εγωγε. ΣΩΚ. Εστιν ἄρα τὰ μὲν, γυναικεῖα, τὰ δ', ἀνδρεῖα μαθήματα, κατὰ τὸν σὸν λόγον. ΑΛΚ Πῶς δ' οὔ; ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ἔν γε τούτοις ὀφὴν ὁμόνοια γυναιξὶ πρὸς ἄνδρας. ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Οὐδ' ἄρα φιλία· εἴπερ ἡ φιλία ὁμόνοια ἦν. ΑΛΚ. Οὐ φαίνεται. ΣΩΚ. Η, ἆρα αἱ γυναῖκες τὰ αὑτῶν πρήττουσιν, οὐ φιλοῦνται ὑπὸ τ̃ ἀνδρῶν. ΑΛΚ. Οὐκ ἔοικεν. ΣΩΚ. Οὐδ' ἄρα ⓐ ἄνδρες ὑπὸ τ̃ γυναικῶν, ἢ τὰ αὑτῶν. ΑΛΚ. Οὔ. ΣΩΚ. Οὐδ' αὖ ἄρα

22. SOC. Putaſne, O Alcibiades, viro cum uxore de lanificio convenire, imperito cum perita? ALC. Nequaquam. SOC. Neque oportet quidem: muliebris enim hæc diſciplina eſt. ALC. Profecto. SOC. Quid vero? mulieri cum viro de armis inſtruendis conveniet, cum id haudquaquam didicerit? ALC. Minime. SOC. Virile enim id opus eſſe forſan diceres. ALC. Equidem. SOC. Sunt ergo diſciplinæ quædam mulierum, quædam virorum, juxta ſententiam tuam. ALC. Quidni? SOC. Iis itaque mulieribus cum viris ſuis conſenſus eſt nullus. ALC. Nullus. SOC. Neque amicitia igitur: ſi quidem amicitia conſenſio quædam eſt. ALC. Non videtur. SOC. Ideoque quatenus mulieres officia ſua exercent, non amantur a viris. ALC. Non apparet. SOC. Neque viri etiam a mulieribus, dum virilia tractant. ALC. Non. SOC. Non ergo tunc

ταύτην οἰκοῦνται αἱ πόλεις, ὅταν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι πράττωσιν. ΑΛΚ. Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Πῶς λέγεις, φιλίας μὴ οὔσης, ἣν ἐφαμὲν ἐγγίγνεσθαι εὖ οἰκεῖσθαι τὰς πόλεις, ἄλλως δὲ οὔ; ΑΛΚ. Ἀλλά μοι δοκεῖ καὶ κατὰ τοῦτο αὐτοῖς φιλία ἐγγίγνεσθαι, ὅτε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι πράττουσιν. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα γε. νῦν ἦ πῶς αὖ λέγεις, ὁμονοίας ἐγγιγνομένης φιλία ἐγγίγνεται; ἢ οἷόν τε ὁμόνοιαν ἐγγίγνεσθαι περὶ τούτων, ὧν οἱ μὲν ἴσασιν, οἱ δ' οὔ; ΑΛΚ. Ἀδύνατον. ΣΩΚ. Δίκαια δὲ πράττουσιν ἢ ἄδικα, ὅταν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι πράττωσι; ΑΛΚ. Δίκαια· πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Τὰ δίκαια οὖν πραττόντων ἐν τῇ πόλει τῶν πολιτῶν, φιλία ἂν ἐγγίγνεται πρὸς ἀλλήλους; ΑΛΚ. Ἀνάγκη αὖ μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Τίνα οὖν ποτε λέγεις τὴν φιλίαν ἢ ὁμόνοιαν, περὶ ἧς δεῖ ἡμᾶς σοφούς τε εἶναι καὶ εὐβούλους,

optime civitates inſtituuntur, cum ſinguli operibus ſuis incumbunt. ALC. Ego tamen id, O Socrates, arbitror. SOC. Quomodo hoc ais, amicitia ſublata? qua præſente confeſſi ſumus bene conſtitui civitates, aliter vero contra. ALC. Atqui mihi videtur ob hoc inter homines conſiſtere amicitiam, quod quiſque ſuum officium exequatur. SOC. Atqui nuper aliter viſum eſt: nunc autem quo pacto rurſus ais conſenſione adhibita amicitiam fieri? an poteſt circa hæc conſenſus exiſtere, quorum hi quidem periti, illi vero imperiti ſunt? ALC. Fieri non poteſt. SOC. Juſtane, an injuſta faciunt, cum ſinguli quæ ad ſe attinent exequuntur? ALC. Juſta profecto. SOC. Juſte igitur agentibus civibus in civitate non eſt inter ſe invicem amicitia. ALC. Neceſſarium hoc itidem videtur, O Socrates. SOC. Quam itaque dicis amicitiam ſive conſenſionem, circa quam nos ſapientes &

ἵνα ἀγαθοὶ ἄνδρες ὦμεν; οὐ γὰρ δυώμεθα μαθεῖν οὔθ' ἥτις, οὔτ' ἐν οἷσιν. τοτὲ μὲν γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς φαίνεται οὖσα, τοτὲ δ' οὔ, ὡς ἐκ τοῦ σοῦ λόγου. ΑΛΚ. Ἀλλὰ μὰ τοὺς θεούς, ὦ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς οἶδα ὅ, τι λέγω. κινδυνεύω δὲ καὶ πάλαι λελῆθέναι ἐμαυτὸν αἰσχίστα ἔχων. ΣΩΚ. Ἀλλὰ χρὴ θαῤῥεῖν. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ ἤδη ποθὲν ἐπῃσθόμην πεντηκονταετής, χαλεπὸν ἂν ἦν σοι ἐπιμεληθῆναι σαυτοῦ. νῦν δὲ ἧν ἔχεις ἡλικίαν, αὕτη ἐστὶν ἐν ᾗ δεῖ αὐτὸ αἰσθάνεσθαι. ΑΛΚ. Τί οὖν τὸν αἰσθανόμενον χρὴ ποιεῖν, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀποκρίνεσθαι τὰ ἐρωτώμενα, ὦ Ἀλκιβιάδη· καὶ ἐὰν τοῦτο ποιῇς, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, (εἴ τι δεῖ καὶ τῇ ἐμῇ μαντείᾳ πιστεύειν,) σύ τε κἀγὼ βέλτιον σχήσομεν. ΑΛΚ. Ἐσται ταῦτα, ἕνεκά γε τοῦ ἐμὲ ἀποκρίνεσθαι.

κγ'. ΣΩΚ. Φέρε δή, τί ἐστι τὸ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι;

bonos conſultores eſſe oportet, ut boni viri ſimus? Neque enim percipere poſſum quænam ſit, aut quibus in rebus exiſtat: cum ex oratione tua interdum in eiſdem ineſſe, nonnunquam ab eiſdem abeſſe, videatur. ALC. Per Deos, O Socrates, ne ipſe quidem quid dicam intelligo: videorque jam diu me ipſum fefelliſſe, turpiſſime me habentem. SOC. Confidere decet. Nam ſi hoc demum animadvertiſſes annos quinquaginta natus, arduum ſane foret teipſum curare: nunc vero ea es ætate, in qua id advertere decet. ALC. Quid igitur hoc advertentem facere oportet? SOS. Reſponde ad ea quæ interrogabo te, Alcibiades. Quod ſi feceris, ac Deus voluerit, ſi qua modo fides meis eſt vaticiniis habenda, tu ſimul & ego melius nos habebimus. ALC. Ita erit, quod ad me reſpondentem attinet.

23. SOC. Age, quid eſt ſeipſum curare, (ne ſæpe nos

(μὴ πολλάκις λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιμελούμενοι, οἰόμενοι δέ) ἐπειδάν ποτε ἄρα ποιεῖ αὐτὸ ἄνθρωπος; ἆρα, ὅταν τὰ αὑτοῦ ἐπιμελεῖται, τότε καὶ ἑαυτοῦ; ΑΛΚ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ. ΣΩΚ. Τί δέ; ποδῶν ἄνθρωπος πότε ἐπιμελεῖται; ἆρα ὅταν ἐκείνων ἐπιμελῆται ἃ δεῖ τὰ ποδῶν; ΑΛΚ. Οὐ μανθάνω; ΣΩΚ. Καλεῖς δή που χειρός; οἷ δακτύλιον, δεῖν ὅτου ἂν ἄλλου τοῦδε ἀνθρώπου φαίης, ἢ δακτύλου; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ποδὸς ὑπόδημα τὸν αὐτὸν τρόπον; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν, ὅταν ὑποδημάτων ἐπιμελώμεθα, τότε ποδῶν ἐπιμελώμεθα; ΑΛΚ. Οὐ πάνυ μανθάνω, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Τί δῆτα, ὦ Ἀλκιβιάδη; ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι καλεῖς τὸ τοιοῦτον πρᾶγμα; ΑΛΚ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν, ὅτου τις τὸ βέλτιον ποιῇ, τότε ὀρθῶς λέγεις ἐπιμέλειαν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τίς οὖν τέχνη ὑποδήματα βελτίω ποιεῖ; ΑΛΚ. Σκυτική. ΣΩΚ. Σκυτικὴ ἄρα ὑποδημάτων ἐπιμελοῦ-

ipsos fallamus, non curantes nosmet ipsos, cum belle curare putemus) et quando id homo facit? nonne quoties suorum, toties & sui, curam habet? ALC. Mihi quidem videtur. SOC. Quid? num pedes tunc quis curat, cum ea quæ pedum sunt curat? ALC. Non intelligo. SOC. Dicisne esse aliquid ad manum pertinens? quemadmodum annulus, num alterius membri quam digiti annulus est? ALC. Minime. SOC. Et calceus pedis eodem modo? ALC. Ita. SOC. Cum itaque calceorum curam gerimus, num & pedum curam habemus? ALC. Haud multum intelligo, O Socrates. SOC. Quid vero, Alcibiades? vocasne aliquid rectam alicujus curationem? ALC. Voco. SOC. Num itaque cum quid melius fit, tunc recte curatum dicis? ALC. Dico. SOC. Quænam ars calceos meliores efficit? ALC. Sutoria. SOC. Sutoria igitur arte calceorum

μεθα; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Η ϗ ϖοδὸς σκυτικῆ, ἢ ἐκείνη ἢ πόδας βελτίους ποιοῦμεν; ΑΛΚ. Ἐκείνη. ΣΩΚ. Βελτίους δὲ πόδας οὐχ ἧττον καὶ τὸ ἄλλο σῶμα; ΑΛΚ. Ἐμοί γε δοκεῖ. ΣΩΚ. Αὕτη δ' ἡ γυμναστική; ΑΛΚ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Γυμναστικῇ μὲν ἄρα ϖοδὸς ἐπιμελούμεθα, σκυτικῇ ϗ τ τοῦ ϖοδός. ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Καὶ γυμναστικῇ μὲν χειρῶν, δακτυλιογλυφίᾳ δὲ τ τῆς χειρός. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ γυμναστικῇ μὲν, σώματ☉· ὑφαντικῇ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις, τῶν τοῦ σώματ☉. ΑΛΚ. Παντάπασιν. ΣΩΚ. Ἀλλῃ μὲν ἄρα τέχνῃ αὐτοῦ ἑκάστου ἐπιμελούμεθα, ἄλλῃ δὲ τ αὐτοῦ. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα, ὅταν τῶν σαυτοῦ ἐπιμελῇ, σαυτὸ ἐπιμελῇ. ΑΛΚ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Οὐ γὰ ἡ αὐτὴ τέχνη ὡς ἔοικεν, [1] ἥτις ἂν αὐτοῦ τε ἐπιμελοῖτ ϗ τ αὐτό. ΑΛΚ. Οὐ φαίνεται. ΣΩΚ. Φέρε δὴ,

curam habemus? ALC. Hac ipsa. SOC. Nunquid & pedes etiam sutoria? vel illa potius qua pedes reddimus meliores? ALC. Illa. SOC. Pedes autem meliores, nonne qua & reliquum corpus? ALC. Videtur. SOC. Hæc nonne gymnastica? ALC. Maxime. SOC. Ergo gymnastica pedes curamus; sutoria vero, illa quæ ad pedes pertinent. ALC. Prorsus. SOC. Et gymnastica quoque, manus; annularia vero, illa quæ pertinent ad manus. ALC. Sic est. Et gymnastica corpus, textoria autem & aliis artibus ea quæ corporis sunt. ALC. Omnino. SOC. Alia igitur arte rem unamquamque curamus; alia, ea quæ ad rem illam pertinent. ALC. Ita videtur. SOC. Non ergo cum sua quis, tunc etiam se, curat? ALC. Nullo pacto. SOC. Non enim eadem est ars, ut videtur, quæ nos, ac quæ nostra, curat. ALC. Non apparet. SOC. Age itaque, quanam

1 F. ἥ πε. *Vid. Not.*

ποίῳ ποτ' ἂν ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμεληθείημεν; ΑΛΚ. Οὐκ ἔχω λέγειν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τοσοῦτον δέ γε ὁμολόγηται, ὅτι οὐχ ᾗ ἂν τῶν ἡμετέρων τι ὁτιοῦν βέλτιον ποιῶμεν, ἀλλὰ ᾗ ἡμᾶς αὐτούς. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Η οὖν ἔγνωμεν ἂν ποτέ, τίς τέχνη ὑποδήματα βέλτιον ποιῇ, μὴ εἰδότες ὑποδήματα; ΑΛΚ. Ἀδύνατον. ΣΩΚ. Οὐδέ γε τίς τέχνη δακτυλίους βελτίους ποιεῖ, ἀγνοοῦντες δακτύλιον. ΑΛΚ. Ἀληθῆ. ΣΩΚ. Τί δέ; τίς γε τέχνη βελτίω ποιεῖ αὐτὸν ἆρ' ἄν ποτε γνοῖμεν, ἀγνοοῦντες τί ποτ' ἐσμὲν αὐτοί; ΑΛΚ. Ἀδύνατον.

κδ'. ΣΩΚ. Πότερον ἦν ἂν ῥᾴδιον τυγχάνοι ὂ γιγνώσκειν ἑαυτόν, καί τις ἦν φαῦλος ὁ τοῦτο ἀναθεὶς εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ νεών, ἢ χαλεπόν τι καὶ οὐχὶ παντός; ΑΛΚ. Ἐμοὶ μέν, ὦ Σώκρατες, πολλάκις μὲν ἔδοξε, παντὸς εἶναι· πολλάκις δέ, παγχάλεπον. ΣΩΚ. Ἀλλ', ὦ Ἀλκιβιάδη,

arte nos ipsos curare possimus? ALC. Non habeo quid dicam. SOC. At hoc tamen inter nos convenit, quod non qua nostrorum aliquid melius efficimus, sed qua nos ipsos. ALC. Vera narras. SOC. Num itaque nosse unquam licet, quænam ars meliorem faciat calceum, nisi calceum ipsum noverimus? ALC. Fieri nequit. SOC. Neque etiam quænam ars annulum efficit meliorem, ignorantes annulum. ALC. Verum. SOC. Porro, unquamne sciamus qua arte meliores evadamus, quamdiu nos ipsos ignoramus? ALC. Nunquam.

24. SOC. Num igitur facile quiddam sit Seipsum cognoscere, ac ridiculus fuerit, qui templo Apollinis hoc inscripsit? an potius arduum quippiam, nec cujusvis hominis est? ALC. Mihi quidem, O Socrates, sæpenumero visum est facile, & cujusvis esse; nonnunquam vero, omnium difficillimum. SOC. Sed sive fa-

εἴτε ῥᾴδιον εἴτε μὴ ἔστιν, ὅμως γε ἡμῖν ὧδε ἔχει· γιόντες μὲ αὐτὸ, τάχ' ἂν γνοῖμεν τὴν ἐπιμέλειαν ἡμῶν αὐτῶν· ἀγνοοῦντες δὲ, οὐκ ἄν ποτε. ΑΛΚ. Ἐστι ταῦτα. ΣΩΚ. Φέρε δή, πὶν ἂν τρόπον εὑρεθείη [1]Αὐτοσαυτό; οὕτω μὲ γὰρ ἂν τάχ' εὕροιμεν, τί ποτ' ἐσμὲν αὐτοί· τούτου δὲ ἔτι ὄντος σὺ ἀγνοίᾳ, ἀδυνάλὸν πᾳ. ΑΛΚ. Ορθῶς λέγεις. ΣΩΚ. Ἐχε δὴ τῶρὸς Διός. ᾨ Ἀλκιβιάδη σὺ νῦν; ἄλλῳ τινὶ, ἢ ἐμοί; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἐγὼ σοί; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Σωκράτης ἄρα ἐστὶν ὁ Ἀλκιβιάδῃ διαλεγόμενος; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Αλκιβιάδης δὲ ὁ ἀκούων; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν λόγῳ Ἀλκιβιάδῃ ὁ Σωκράτης; ΑΛΚ. Τί μήν; ΣΩΚ. Τὸ δὴ Ἀλκιβιάδῃ διαλέγεσθαι τῷ λόγῳ χρῆσθαι, ταυτόν πᾳ καλεῖς; ΑΛΚ. Πανύ γε. ΣΩΚ. Ο δὴ χρώμενος ᾧ ᾧ χρῆται, ἆρ' ἄλλο; ΑΛΚ. Πῶς λέγεις; ΣΩΚ. Ωσπερ σκυτότομος τέμνει πᾳ τομῇ ᾧ σμίλῃ

cile hoc ſit, O Alcibiades, ſive difficile, nobis tamen ſic ſe habet, ut hoc intelligentes, etiam qua ratione curandi ſumus, intelligamus; ignorantes vero, contra. ALC. Eſt ut dicis. SOC. Age, quomodo illud quod eſt Ipſum Idem inveniemus? ſic enim fortaſſis quid ſimus ipſi, invenire poterimus; at hoc ignorantes, nunquam. ALC. Recte loqueris. SOC. Attende ergo per Deum: cum alione quam mecum tu diſputas? ALC. Tecum. SOC. Et ego nonne tecum? ALC. Etiam. SOC. Socrates igitur eſt qui diſputat? ALC. Eſt. SOC. Alcibiades vero qui audit. ALC. Ita eſt. SOC. Nonne oratione Socrates diſputat? ALC. Quidni? SOC. Diſputare autem & oratione uti idem quodammodo vocas? ALC. Idem. SOC. Utens autem & id quo utitur, nonne aliud? ALC. Quomodo dicis? SOC. Quemadmodum cerdo ſecat quidem cultro, ſcalpello, atque aliis in-

1 F. Αὐτὸ τὸ αὐτό.

ϗ ἄλλοις ὀργάνοις. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἄλλο μὲν ὁ τέμνων ϗ ὁ χρώμενος, ἄλλο δὲ οἷς ὁ τέμνων χρῆται; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἀρ' οὖν ὅτῳ ϗ οἷς ὁ κιθαριστὴς κιθαρίζῃ, ϗ αὐτὸς ὁ κιθαριστὴς, ἄλλο ἂν εἴη; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τοῦτο τοίνυν ἀρτίως ἠρώτων, εἰ ὁ χρώμενός τε ϗ ᾧ χρῆται ἀεὶ δοκεῖ ἕτερον εἶναι. ΑΛΚ. Δοκεῖ. ΣΩΚ. Τί οὖν; φῶμεν τὸν σκυτοτόμον τέμνειν ὀργάνοις μόνον, ἢ καὶ χερσίν; ΑΛΚ. Καὶ χερσί. ΣΩΚ. Χρῆται ἄρα καὶ ταύταις. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Η ϗ τοῖς ὀφθαλμοῖς χρώμενος σκυτοτομεῖ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸν δὴ χρώμενον ϗ οἷς χρῆται, ἕτερα ὁμολογῶμεν. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ετερον ἄρα σκυτοτόμον, καὶ κιθαριστὴν, χειρῶν καὶ ὀφθαλμῶν οἷς ἐργάζονται. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ϗ παντὶ τῷ σώματι χρῆται ἄνθρωπος; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ετερον δὴ τό, τε χρώμενον ϗ ᾧ χρῆται; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ετερον ἄρα ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ τῷ ἑαυτῷ σώ-

strumentis. ALC. Est ut dicis. SOC. Nonne aliud quiddam est qui secat, & utitur; aliud ea quibus utitur secans? ALC. Quidni? SOC. Item aliud citharœdus, aliud quo citharam pulsat? ALC. Aliud. SOC. Hoc paulo ante interrogabam, an utens & id quo utitur semper aliud esse videatur. ALC. Videtur. SOC. Cerdonem secare dicimus instrumentis tantum, an etiam manibus? ALC. Et manibus. SOC. Et iis ergo utitur. ALC. Utitur. SOC. Annon & oculis utens coria incidit? ALC. Prorsus. SOC. Utentem vero aliud quiddam ab iis quibus utitur esse concessimus. ALC. Concessimus. SOC. Cerdo igitur & citharœdus aliud quiddam sunt quam manus & oculi quibus utuntur. ALC. Apparet. SOC. Nonne toto corpore homo utitur? ALC. Penitus. SOC. Aliud utique utens, & id quo utitur? ALC. Sic est. SOC. Homo ergo a suo corpore aliud

μαι. ΑΛΚ. Εοικε. ΣΩΚ. Τί ποτ' οὖν ὁ ἄνθρωπος; ΑΛΚ. Οὐκ ἔχω λέγειν. ΣΩΚ. Εχεις μὲν δη, ὦ, τι γε τὸ ᾧ σώματι χρώμενον; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Η δη ἄλλο τι χρῆται αὐτῷ, ἢ ψυχή; ΑΛΚ. Οὐκ ἄλλο. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἄρχουσα; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ μὴν τόδε γε οἶμαι οὐδένα ἂν ἄλλως οἰηθῆναι. ΑΛΚ. Τὸ ποῖον; ΣΩΚ. Μὴ οὐ τειῶν ἓν γέ τι εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ΑΛΚ. Τίνων; ΣΩΚ. Ψυχὴν, ἢ σῶμα, ἢ ᾗ ξυναμφότερον ὅ ὅλον τοῦτο. ΑΛΚ. Τί μήν; ΣΩΚ. Αλλὰ μὴν αὐτό γε τὸ τοῦ σώματος ἄρχον ὡμολογήσαμεν ἄνθρωπον εἶναι; ΑΛΚ. Ωμολογήσαμεν. ΣΩΚ. Τίς οὖν ὁ ἄνθρωπος; ἆρ' οὖν σῶμα αὐτὸ ἄρχει; ΑΛΚ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Αρχεται γὰρ αὐτὸ εἴπομεν. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκ ἂν δὴ τοῦτό γε εἴη, ὃ ζητοῦμεν. ΑΛΚ. Οὐκ ἔοικεν. ΣΩΚ. Αλλ' ἆρα τὸ ξυναμφότερον τῷ σώματος ἄρχει, ᾗ ἐστι τοῦτό γε ἄνθρωπος. ΑΛΚ. Ισως δῆτα. ΣΩΚ.

est. ALC. Videtur. SOC. Quid est igitur homo? ALC. Ignoro. SOC. Num scis ergo quid sit id quod corpore utitur? ALC. Scio. SOC. Aliudne utitur ipso quam anima? ALC. Nil aliud. SOC. An non imperans? ALC. Imperans. SOC. Quinetiam neminem hoc aliter æstimaturum puto. ALC. Quidnam? SOC. Quin ex tribus unum aliquid homo sit. ALC. Ex quibus? SOC. Aut animam, aut corpus, aut totum ipsum ex utrisque compositum. ALC. Quidni? SOC. Veruntamen id quod imperat corpori, hominem esse confessi sumus? ALC. Confessi sumus. SOC. Quid igitur homo? num sibi ipsi corpus imperat? ALC. Nullo modo. SOC. Subjici enim illud diximus. ALC. Certe. SOC. Non est igitur hoc quod quærimus. ALC. Non ut videtur. SOC. At utrumque simul forsitan corpori dominatur, atque id homo est. ALC. Forte. SOC.

Πάντων γε ἥκιστα. μὴ γὰρ οὖν ἄρχοντος τοῦ ἑτέρου, οὐδεμία που μηχανὴ τὸ ξυναφότερον ἄρχειν. ΑΛΚ. Ὀρθῶς. ΣΩΚ. Ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὸ σῶμα οὔτε τὸ ξυναμφότερον ἐστὶν ἄνθρωπος, λείπεται (οἶμαι) ἢ μηδὲν αὐτὸ εἶναι, ἢ, εἴπερ τί ἐστι, μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον συμβαίνειν ἢ ψυχήν. ΑΛΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

κε'. ΣΩΚ. Ἔτι οὖν σαφέστερον δεῖ ἀποδειχθῆναί σοι, ὅτι ἡ ψυχή ἐστιν ἄνθρωπος; ΑΛΚ. Μὰ Δία, ἀλλὰ ἱκανῶς μοι δοκεῖ ἔχειν. ΣΩΚ. Εἰ δέ γε μὴ ἀκριβῶς, ἀλλὰ καὶ μετρίως, ἀρκεῖ ἡμῖν· ἀκριβῶς μὲν γὰρ τότε εἰσόμεθα, ὅταν εὕρωμεν ὃ νῦν δὴ παρήλθομεν ζητοῦντες τὸ πολλῆς εἶναι σκέψεως. ΑΛΚ. Τί τοῦτο; ΣΩΚ. Ὁ ἄρτι οὕτω πως ἐρρήθη, ὅτι πρῶτον σκεπτέον εἴη [1]αὐτοτοαυτό· νῦν δὴ ἀντὶ τούτου, αὐτὸν ἔχομεν ἐσκέμμεθα τί ἐστι. Καὶ ἴσως ἀρκέσει· ὃ γὰρ πρὸς κυριώτερον γε

Imo minime omnium: nam altero illorum non dominante, nullo modo fieri potest, ut simul utrumque dominetur. ALC. Recte loqueris. SOC. Cum vero nec corpus, nec simul utrumque sit homo, restat, ut arbitror, aut nihil omnino hominem esse, aut, si quid est, nihil aliud quam animam esse. ALC. Prorsus.

25. SOC. Num clarius adhuc monstrari tibi oportet, animam esse hominem? ALC. Non per Jovem, nam hæc sufficere mihi videntur. SOC. Si non accurate, mediocriter tamen inducta sufficiunt: nam tunc demum accurate sciemus, cum invenerimus quod nunc, quoniam ampliorem indagationem requirebat, prætermisimus. ALC. Quid istud? SOC. Quod paulo ante sic est dictum, *nimirum* prius considerandum esse illud quod est Ipsum Idem: nunc vero pro eo quod quidem est Ipsum Idem, consideravimus ipsum unumquodque quid est. Idque forte sufficiet. Nihil enim in nobis ipsis esse majus, quam

1 F. Αὐτὸ τὸ αὐτό.

ἢδέν ἀν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν, ἢ τ' ψυχήν. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καλῶς ἔχει ὅτω νομίζειν, ἐμὲ τῷ σὲ προσομιλεῖν ἀλλήλοις, τοῖς λόγοις χρωμένους, τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ψυχήν; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Τοῦτ' ἄρα ἦν ὁ καὶ ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ὅτι Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ διαλέγεται λόγῳ χρώμενος, οὐ πρὸς ὃ σὸν πρόσωπον, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν Ἀλκιβιάδου ποιούμενος σὺν λόγους· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ψυχή. ΑΛΚ. Ἐμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Ψυχὴν ἄρα ἡμᾶς κελεύει γνωρίσαι, ὁ ἐπιτάττων γνῶναι ἑαυτόν. ΑΛΚ. Ἔοικεν. ΣΩΚ. Ὅστις ἄρα τὴν σώματος γιγνώσκει, τὰ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ αὑτόν, ἔγνωκεν. ΑΛΚ. Οὕτως. ΣΩΚ. Οὐδεὶς ἄρα τῶν ἰατρῶν ἑαυτὸν γιγνώσκει καθ' ὅσον ἰατρός, οὐδὲ τῶν παιδοτρίβων καθ' ὅσον παιδοτρίβης. ΑΛΚ. Οὐκ ἔοικε. ΣΩΚ. Πολλοῦ ἄρα δέουσιν οἱ γεωργοὶ καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοὶ γινώσκειν ἑαυτούς. ΑΛΚ. Οὐδὲ γὰρ τὰ ἑαυτῶν ὅτοί γε, ὡς ἔοικεν, ἀλλ' ἔτι πόρρωτέρω τῶν ἑαυτῶν κατά γε τὰς τέχνας ἃς ἔχουσι. τὰ γὰρ σώματος

animam, dicere poſſemus. ALC. Non certe. SOC. Nonne ſic putandum eſt, me ſcilicet ac te confabulari invicem, anima ad animam, ſermone utentes? ALC. Et maxime quidem. SOC. Hoc itaque erat quod paulo ante dicebamus, quod Socrates cum Alcibiade diſputat, oratione utens non ad perſonam tuam, ut apparet, ſed ad Alcibiadem verba dirigens: hoc autem anima eſt. ALC. Mihi ſane videtur. SOC. Animam igitur noſſe jubet, qui præcipit, Noſce teipſum. ALC. Videtur. SOC. Quicunque igitur corpus cognoſcit, ſua quidem, non ſeipſum novit. ALC. Sic eſt. SOC. Atque ideo nullus medicus, ut eſt medicus, neque gymnaſticus, ut gymnaſticus, ſeſe novit. ALC. Non ut videtur. SOC. Multo minus agricolæ aliique opifices ſe cognoſcunt: neque enim ſua illi quidem *norunt*, ſed remotiora quædam, juxta artes quas excercent: iis enim intenti ſunt, quibus corpus cu-

γιγνώσκουσιν, οἷς τυτὸ θεραπεύει. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Εἰ ἄρα σωφροσύνη ἐστὶ τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν, οὐδεὶς τῶν σώφρων τῇ τέχνῃ. ΑΛΚ. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩΚ. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ βάναυσοι αὗται αἱ τέχναι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθήματα. ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν πάλιν ὅστις αὖ σῶμα θεραπεύει, τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῦ, θεραπεύει; ΑΛΚ. Κινδυνεύει. ΣΩΚ. Ὅστις δέ γε τὰ χρήματα, οὔθ' ἑαυτὸν, οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔτι πορρώτερω τῶν ἑαυτοῦ; ΑΛΚ. Ἐμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐ τὰ αὐτοῦ ἄρα ἔτι θεράπαινα, ὁ χρηματιστής. ΑΛΚ. Ὀρθῶς. ΣΩΚ. Εἰ ἄρα τις γέγονεν ἐραστὴς τοῦ Ἀλκιβιάδου σώματος, ἢ Ἀλκιβιάδου ἄρα ἠράσθη, ἀλλά τινος τῶν Ἀλκιβιάδου. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ὅστις δὲ σοῦ, τῆς ψυχῆς ἐρᾷ; ΑΛΚ. Ἀνάγκη φαίνεται ἐκ τοῦ λόγου. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὁ μὴ τοῦ σώματός σου ἐρῶν, ἐπειδὴ λήγῃ ἀνθῶν, ἀπιὼν οἴχεται; ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ὁ δέ γε τὸ

ratur. ALC. Vera narras. SOC. Quare si prudentia est seipsum nosse, nullus istorum secundum suam artem est prudens. ALC. Non ut videtur. SOC. Ob hoc mechanicæ artes istæ, non autem boni viri disciplinæ, videntur. ALC. Prorsus. SOC. Nonne rursus quicunque corporis curam habet, id quod suum est, non autem seipsum, curat? ALC. Apparet. SOC. Et qui pecuniam *curat*, nec se, nec sua, sed quæ procul a suis sunt, *curat*. ALC. Mihi videtur. SOC. Non ergo sua curat qui pecunias cumulat. ALC. Recte. SOC. Quisquis igitur corpus Alcibiadis amavit, non Alcibiadem ipsum, sed id quod Alcibiadis esset, amavit. ALC. Vera loqueris. SOC. Qui vero te amat, amat animam. ALC. Necessario sequi ex argumento *tuo* videtur. SOC. Nonne tui corporis amator, cum primum flos ejus defloruit, abiens deserit? ALC. Apparet. SOC. At vero qui

ψυχῆς ἐρῶν, οὐκ ἄπειμι, ἕως ἂν ὅπῃ ὅ βέλτιον [1]εἴη. ΑΛΚ. Εἰκός γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἐγώ εἰμι ὁ οὐκ ἀπιών, ἀλλὰ προλαμβάνων, λήθοντος τοῦ σώματος τῶν ἄλλων ἀπελαυνόντων. ΑΛΚ. Εὖ γε ποιῶν, ὦ Σώκρατες, καὶ [2]μηδὲ ἀπέλθῃς. ΣΩΚ. Προθυμοῦ τοίνυν ὅτι κάλλιστος εἶναι. ΑΛΚ. Ἀλλὰ προθυμήσομαι. ΣΩΚ. Ὡς οὕτω γέ σοι ἔχει. οὔτ' ἐγένετο (ὡς ἔοικεν) Ἀλκιβιάδῃ τῷ Κλεινίου ἐραστὴς, οὔτ' ἔστιν, ἀλλ' ἢ εἷς μόνος καὶ οὕτως ἀγαπητὸς Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου καὶ Φαιναρέτης. ΑΛΚ. Ἀληθῆ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἔφησθα μικρὸν φθῆναί με προσελθόντα σοι; ἐπεὶ πρότερος ἂν μοι προσελθεῖν βουλόμενος προὐφέλου, διότι μόνος οὐκ ἀπέρχομαι. ΑΛΚ. Ἦν γὰρ οὕτω. ΣΩΚ. Τοῦτο τοίνυν αἴτιον, ὅτι μόνος ἐραστὴς ἦν σός· οἱ δ' ἄλλοι, τῶν. τὰ δὲ σὰ λήθει ὥρας, σὺ δ' ἀρχὴ ἀνθεῖν. καὶ νῦν γε, ἂν μὴ διαφθαρῇς ὑπὸ τῆ Ἀθη-

animam tuam diligit, nunquam deserit, donec ad meliorem frugem pervenias. ALC. Consentaneum. SOC. Hanc ego ob causam te minime desero, verum in amicitia persevero, reliquis senescente corpore abeuntibus. ALC. Bene facis, mi Socrates; & ne in posterum me deseras, obsecro. SOC. At enitere, ut quam pulcherrimus fias. ALC. Conabor. SOC. Sic se tua res habet: nec fuit unquam nec est, ut opinor, Alcibiadis Cliniæ filii amator ullus præter unum & illum quidem amabilem, Socratem Sophronisci & Phænaretæ *filium*. ALC. Vera dicis. SOC. Nonne dixisti me aliquantulum prævenisse te compellantem? nam statuisse te prius meipsum convenire & interrogare quamobrem solus ego te non reliquerim. ALC. Sic erat. SOC. Hæc proculdubio causa, quoniam amator tui solus eram, cæteri vero tuorum. Tua sane labuntur tempore, tu autem nunc primum floresces: ac deinceps quidem, nisi ab Athe-

1 F. ἴῃ. Ita *MSS.* 2 F. μὴ δὴ &c.

ναίων δήμου, καὶ αἰχμῶν γέμη, οὐ μή σε ἀπολείπω. τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα ἐγὼ φοβοῦμαι, μὴ, δημεραστὴς γένομαι, ἡμῖν διαφθαρῇς. πολλοὶ γὰρ ἤδη καὶ ἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθασιν Ἀθηναίων. εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως, ἀλλ' ἀποδύτα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. εὐλαβοῦ οὖν τὴν εὐλάβειαν, ἣν ἐγὼ λέγω. ΑΛΚ. Τίνα; ΣΩΚ. Γύμνασαι πρῶτον, ὦ μακάριε, καὶ μάθε ἃ δεῖ μαθόντα ἰέναι ἐπὶ τοὺς τῆς πόλεως· πρότερον γὰρ, μή· ἵνα ἀλεξιφάρμακα ἔχων ἴῃς, καὶ μηδὲν πάθῃς δεινόν. ΑΛΚ. Εὖ μὲν δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες. ἀλλὰ πειρῶ ἐξηγεῖσθαι ὅπῃ τρόπῳ ἐπιμεληθεῖμεν ἡμῶν αὐτῶν.

κζ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοσοῦτον μὲν ἡμῖν εἰς τοπρόσθεν πεπέραται; ὃ γὰρ ἐσμὲν, ὁμολογεῖται. ἐφοβούμεθα γὰρ μὴ, τοῦτο σφαλέντες, λάθωμεν ἑτέρῳ τινὸς ἐπιμελόμενοι, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν. ΑΛΚ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Καὶ μὴν τοῦτό γ',

nienſi populo corrumparis, ac turpior evadas, nunquam te deſeram. Id enim vehementer timeo, ne amator populi factus nobis corrumparis. Multis enim & ingenuis quidem apud Athenienſes id uſu venit. Nam bene perſonatus eſt magnanimi Erecthei populus: ſed illum nudatum contueri oportet. Adhibe igitur hanc quam dico cautionem. ALC. Quam? SOC. Excerce te ipſum prius, O beate, ac diſce quæcunque ſcienda ſunt, antequam tractes civilia; ut feras tecum alexipharmaca, nec quid adverſi patiaris. ALC. Bene mihi dicere videris, Socrates, verum conare jam nobis exponere, qua ratione noſmet ipſos curemus.

26. SOC. Nonne ſatis jam a nobis in ſuperioribus definitum eſt? Quid enim ſimus, communi conſenſu definivimus. Timebamus enim ne in hoc decepti inſcienter alicujus alterius, non noſtri, curam haberemus. ALC. Eſt ut dicis. SOC. Deinde conceſſum eſt, animæ curam haben-

ὅτι ψυχῆς ἐπιμελητέον, καὶ εἰς τοῦτο βλεπτέον. ΑΛΚ. Δῆλον. ΣΩΚ. Σωμάτων δὲ καὶ χρημάτων τὴν ἐπιμέλειαν ἑτέροις προσδοτέον. ΑΛΚ. Τί μήν; ΣΩΚ. Τίν' οὖν ἂν τρόπον γοίημεν αὐτὰ σαφέστατα; ἐπειδὴ τῶτο γόντες, ὡς ἔοικε, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς γνωσόμεθα. ἆρα τοὺς θεῶν εὖ λέγοντος, ὃ δὴ νῦν ἐμνήσθημεν, τοῦ Δελφικοῦ γράμματος, οὐ ξύνισμεν; ΑΛΚ. Τὸ ποῖον; τί δὴ νοῦν λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἐγώ σοι φράσω, ὅ γε ὑποπτεύω λέγειν καὶ ξυμβουλεύειν ἡμῖν τῶτο τὸ γράμμα· κινδυνεύει γὰρ ὀλίγοις πάνυ παράδειγμα αὐτῷ, ἀλλὰ σχεδόν τι ὄμμα μόνον. ΑΛΚ. Πῶς τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Σκόπει καὶ σύ, εἰ ἡμῶν ὥσπερ ὄμματι, ἅπερ ἀνθρώπῳ, ξυμβουλεύων, εἶπεν, Ἰδὲ σαυτόν, πῶς ἂν ὑπολάβομέν τι προσφέρειν; ἆρα ὄχι εἰς τοῦτο βλέπειν, εἰς ὃ βλέπων ὀφθαλμὸς ἔμελλεν αὑτὸν ἰδεῖν; ΑΛΚ. Δῆλον. ΣΩΚ. Ἐννοῶμεν δή, εἰς τί

dam, ſemperque ad ipſum reſpiciendum. ALC. Manifeſtum eſt. SOC. Corporum vero pecuniarumque curam aliis relinquendam. ALC. Quidni? SOC. Quonam igitur pacto iſta maxime perſpicue cognoſcamus? ſi hoc intellecto ut par eſt nos quoque ipſos intelligemus. an vero, per Deos, Delphicam illam inſcriptionem recte monentem, cujus ſupra mentionem fecimus, nondum intelleximus? ALC. Qualem? quidnam cogitas, quum ſic loqueris, O Socrates? SOC. Dicam tibi quid ſuſpicer hanc inſcriptionem dicere nobis & conſulere: neque enim paſſim ejus exemplum, ſed viſum ſolummodo reſpicere videtur. ALC. Quomodo id ais? SOC. Conſidera tu quoque; ſi oculo noſtro quemadmodum homini conſuluiſſet, Vide teipſum, quomodo id admonuiſſe putaremus? nonne ut in illud inſpiceret, ex cujus intuitu ſeipſum viſurus eſſet? ALC. Conſtat. SOC. Conſideremus itaque in quid potiſſimum intuentes,

βλέπονλες τ̃ ὄντων, ἐκεῖνό τε ὁρῶμεν ἅμα ἂν καὶ ἡμᾶς αὐτούς. ΑΛΚ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι εἰς κάτοπτρά τε καὶ τὰ τοιαῦτα. ΣΩΚ. Ορθῶς λέγεις. ἀκοιῶ καὶ ᾧ ὀφθαλμῷ ᾧ ὁρῶμεν [1]ἔν τῳ τ̃ τοιούτων; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Εννενόηκας δὲ ὅτι τ̃ ἐμβλέποντος εἰς τ̃ ὀφθαλμὸν τὸ πρόσωπον ἐμφαίνε) ἐν τῇ τ̃ κατ' ἀντικρὺ ὄψει, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ; ὃ δὴ καὶ κορυφὴν καλοῦμεν, εἴδωλον ὂν τ̃ ἐμβλέποντος. ΑΛΚ. Αληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οφθαλμὸς ἄρα ὀφθαλμὸν θεώμενος, καὶ ἐμβλέπων εἰς τοῦτο ὅπερ βέλτιστον αὐτοῦ, καὶ ᾧ ὁρᾷ, οὕτως ἂν αὐτὸν ἴδοι. ΑΛΚ. Φαίνε). ΣΩΚ. Εἰ δέ γε εἰς ἄλλο τῶν τ̃ ἀνθρώπου βλέποι, ἢ τί τ̃ ὄντων, πλὴν εἰς ἐκεῖνο ᾧ τοῦτο τυγχάνε ὅμοιον, ἧκ ὄψεται ἑαυτόν. ΑΛΚ. Αληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οφθαλμὸς ἄρα εἰ μέλλει ἰδεῖν ἑαυτόν, εἰς ὀφθαλμὸν αὐτῷ βλεπέον, καὶ τ̃ ὄμματος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τυγχάνε ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ ἐγγιγνομένη· ἔστι δὲ τοῦτό που ὄψις. ΑΛΚ. Οὕτως. ΣΩΚ. Αρ' οὖν,

illud ſimul ac nos ipſos videremus? ALC. Sine dubio, Socrates, in ſpecula & alia hujuſmodi. SOC. Recte loqueris: ſed oculo quo videmus, annon ineſt hujuſmodi quiddam? ALC. Valde. SOC. Num advertiſti quod facies hominis, oculum quemvis intuentis, in oculo oppoſito relucet velut in ſpeculo; quam κορυφὴν appellamus, ſimulacrum nimirum inſpicientis? ALC. Adverti. SOC. Oculus ergo oculum inſpiciens, & illud intuens quod eſt pars ſui optima, & per quod cernit, ita demum ſemetipſum inſpiciet. ALC. Apparet. SOC. Si autem in aliud quoddam hominis membrum reſpexerit vel in quodvis aliud, prætérquam id cujus hoc eſt ſimile, haudquaquam ſeipſum videbit. ALC. Verum dicis. SOC. Oculus ergo cum ſeipſum viſurus eſt, oculum reſpicere debet, atque in eum oculi locum in quo virtus eſt oculi ingenita: is autem acies eſt. ALC. Sic eſt. SOC. Eo-

[1] F. ἐνεστί τ̃ων, &c.

ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, καὶ ψυχὴν εἰ μέλλει γνώσεσθαι αὐτήν, εἰς ψυχὴν αὐτῇ βλεπτέον, καὶ μάλιστα εἰς τοῦτον αὐτῆς τὸ τόπον, ὃν ᾧ ἐγγίγνεται ἡ ψυχῆς ἀρετή, σοφία· καὶ εἰς ἄλλο, ᾧ τοῦτο τυγχάνει ὂμοιον ὄν; ΑΛΚ. Ἐμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἐχομεν οὖν εἰπεῖν ὅ, τι θεῖον τῆς ψυχῆς θειότερον, ἢ τοῦτο αὖ ὃ εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν; ΑΛΚ. Οὐκ ἔχομεν. ΣΩΚ. Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτο ἔοικεν αὐτῆς, καὶ τις εἰς τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν ὃ θεῖον γνοὺς, θεόν τε καὶ φρόνησιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἂν γνοίη μάλιστα. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τὸ δὲ γιγνώσκειν αὐτὸν, ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι. ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἀρ' οὖν μὴ γιγνώσκοντες ἡμᾶς αὐτοὺς, μηδὲ σώφρονες ὄντες, δυναίμεθα εἰδέναι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν κακά τε καὶ ἀγαθά; ΑΛΚ. Καὶ πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀδύνατον γάρ ἴσως φαίνεται, μὴ γιγνώσκοντα Ἀλκιβιάδην, τὰ Ἀλκιβιάδου γι-

dem pacto & anima, O amice Alcibiades, ſi ſeipſam noſcere vult, in animam intueri debet, eumque præcipue locum animæ, in quo eſt virtus animæ ingenita *nimirum* ſapientia, & in aliud quoddam cujus hoc eſt ſimile? ALC. Mihi quidem videtur, O Socrates. SOC. Num reperire poſſumus quippiam in anima divinius illo circa quod intelligentia ſapientiaque *verſatur?* ALC. Nequaquam. SOC. Ea igitur animæ pars divinitati ſimile eſt, in quam ſane quis intuens, & omne divinum, Deum ſcilicet & ſapientiam, cernens, ita & ſeipſum agnoſcet maxime. ALC. Apparet. SOC. Seipſum vero cognoſcere, prudentiam eſſe concedimus. ALC. Prorſus. SOC. Si autem nec nos ipſos cognoſceremus, nec prudentes eſſemus, poſſemuſne noſtra, ſeu mala, ſeu bona noſſe? ALC. Quomodo poſſet fieri, O Socrates? SOC. Impoſſibile tibi forte videtur quenquam qui non norit Alcibiadem,

γώσκειν ὅτι Ἀλκιβιάδου ἐστίν. ΑΛΚ. Ἀδύνατον μέντοι νὴ Δία. ΣΩΚ. Οὐδ' ἄρα τὰ ἡμέτερα, ὅτι ἡμέτερα, εἰ μὴ δι' ἡμᾶς αὐτούς. ΑΛΚ. Πῶς γάρ; ΣΩΚ. Εἰ δ' ἄρα τὰ ἡμέτερα, οὐδὲ τὰ τῶν ἡμετέρων. ΑΛΚ. Οὐ φαίνεται.

κζ'. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα πάνυ τι ὀρθῶς ὡμολογοῦμεν, ὁμολογοῦντες ἄρτι εἶναί τινας οἳ ἑαυτοὺς μὲν οὐ γιγνώσκουσι, τὰ δὲ ἑαυτῶν· ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν. ἔοικε γὰρ πάντα ταῦτα εἷς καταδεῖν ἑνός τε καὶ μιᾶς τέχνης, αὐτὸν, τὰ αὑτοῦ, τὰ τῶν ἑαυτοῦ. ΑΛΚ. Κινδυνεύει. ΣΩΚ. Ὃς δὲ τὰ αὑτοῦ ἀγνοεῖ, καὶ τὰ τῶν ἄλλων που ἂν ἀγνοοῖ καὶ ταυτά. ΑΛΚ. Τί μήν; ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἀγνοήσει; ΑΛΚ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ἂν ἡδέως ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ πολιτικός. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐ μὴν ἀλλ' οἰκονομικός γε.

tamen, quæ Alcibiadis ſunt, quod ſint Alcibiadis noſſe. ALC. Impoſſibile per Jovem. SOC. Nec noſtra quod noſtra ſint, niſi per noſmet ipſos. ALC. Nullo modo. SOC. Si noſtra *ignoremus*, *tum* nec ea quæ noſtrorum ſunt *intelligemus*. ALC. Non, ut videtur.

27. SOC. Non igitur omnino recte conſenſimus, cum ſupra quoſdam eſſe aſſereremus, qui ſe ignorantes ſua tamen dignoſcerent. Atqui nec ea etiam quæ ſuorum. Hæc enim cuncta dignoſcere unius atque ejuſdem artis officium eſſe videtur, ſeipum ſcilicet, et quæ ſua ſunt, et quæ ſuorum ſunt. ALC. Videtur. SOC. At qui ſua ignorat, eadem ratione & aliena. ALC. Quidni? SOC. Num igitur ſi aliena, etiam quæ reipublicæ ſunt ignorabit? ALC. Neceſſe eſt. SOC. Nunquam ergo vir iſtiuſmodi politicus fiat. ALC. Non certe. SOC. Nec œconomicus etiam.

ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐδέ γε εἴσῃ, ὅ, τι πράττει. ΑΛΚ. Οὐ γὰρ οἶμαι. ΣΩΚ. Ὁ δὲ μὴ εἰδὼς, ἆρ' οὐχ ἁμαρτήσεται; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἐξαμαρτάνων δὲ, οὐ κακῶς πράξει ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ; ΑΛΚ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩΚ. Κακῶς δὲ πράττων, οὐκ ἄθλιος; ΑΛΚ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Τί δ' οἷς οὕτω πράττει; ΑΛΚ. Καὶ οὗτοι. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα οἷόν τε, ἐὰν μή τις σώφρων καὶ ἀγαθὸς ᾖ, εὐδαίμονα εἶναι. ΑΛΚ. Οὐκ οἷόν τε. ΣΩΚ. Οἱ ἄρα κακοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἄθλιοι. ΑΛΚ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα δεῖ ὁ πλουτήσας ἀθλιότητος ἀπαλλάττεται, ἀλλ' ὁ σωφρονήσας. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα τειχῶν, οὐδὲ τριήρων, οὐδὲ νεωρίων δέονται αἱ πόλεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, εἰ μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, οὐδὲ πλήθους, οὐδὲ μεγέθους, ἄνευ ἀρετῆς. ΑΛΚ. Οὐ μέντοι. ΣΩΚ. Εἰ δὴ μέλλεις τὰ τῆς πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ἀρετῆς σοι μεταδοτέον τοῖς πο-

ALC. Neque hoc. SOC. Nec quid agit intelliget. ALC. Minime. SOC. Ignorans autem nonne errabit? ALC. Maxime. SOC. Qui autem aberrat annon male aget, & privatim & publice? ALC. Quidni? SOC. Male autem agens nonne miſer? ALC. Et maxime quidem. SOC. An vero & ii quibuſcum hic agit? ALC. Et hi quoque. SOC. Nemo itaque felix eſſe poteſt niſi ſapiens bonuſque ſit. ALC. Nemo. SOC. Sequitur, ut mali homines miſeri ſint. ALC. Apprime. SOC. Non ergo vel qui dives ſit miſeriam vitat, ſed qui prudens. ALC. Videtur. SOC. Quamobrem nec mœnibus, nec triremibus, neque navalibus civitates indigent, mi Alciabides, ad hoc ut felices ſint, nec multitudine nec amplitudine abſque virtute. ALC. Non profecto. SOC. Si utique recte & præclare civitatem gubernaturus es, virtus a te civibus imper-

λίταις. ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Δύναιτο δ' ἄν τις μεταδιδόναι, ὃ μὴ ἔχει; ΑΛΚ. Καὶ πῶς; ΣΩΚ. Αὐτῷ ἄρα σοι πρῶτον κτητέον ἀρετήν, καὶ ἄλλῳ, ὃς μέλλῃ μὴ ἰδίᾳ μόνον αὑτοῦ τε καὶ τῶν αὑτοῦ ἄρξειν καὶ ἐπιμελήσεσθαι, ἀλλὰ πόλεως καὶ τῶν τῆς πόλεως. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις.

κη'. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ἐξουσίαν σοι οὐδ' ἀρχὴν πρακτέον σαυτῷ ποιεῖν ὅ, τι ἂν βάλῃ, οὐδὲ τῇ πόλει, ἀλλὰ δικαιοσύνην, καὶ σωφροσύνην. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Δικαίως μὲν δὴ πράττοντες καὶ σωφρόνως, σύ τε καὶ ἡ πόλις θεοφιλῶς πράξετε. ΑΛΚ. Εἰκός γε. ΣΩΚ. Καί, ὅπερ γε ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, εἰς ὃ θεῖον ᾖ λαμπρὸν ὁρῶντες πράξετε. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν ἐνταῦθά γε βλέποντες, ὑμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰ ὑμέτερα ἀγαθὰ κατόψεσθέ τε ᾖ γνώσεσθε. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὀρθῶς τε ᾖ εὖ πράξετε. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ.

tienda est. ALC. Quidni? SOC. Num impertire quis potest aliis quod ipse non habet? ALC. Qui possit? SOC. Ergo virtutem prius ipse acquirere debes, et alius, quicunque non sibi tantum ac suis, sed reipublicæ etiam & iis quæ ad rempublicam spectant, imperare vult & se adjicere. ALC. Vera dicis.

28. SOC. Nec igitur principatus, neque licentia quodlibet faciendi aut tibi aut reipublicæ, verum justitia potius & prudentia, comparanda. ALC. Apparet. SOC. Juste enim ac prudenter agentes & tu simul & tua respublica Deo gratum opus facietis. ALC. Verisimile est. SOC. Et quemadmodum supra diximus, in divinum illud & splendidum intuentes agetis. ALC. Videtur. SOC. Quinetiam illuc respicientes vosmet ipsos vestraque bona perspicietis & discernetis. ALC. Certe. SOC. Ideoque recte atque bene agetis. ALC. Certe. SOC.

Αλλὰ μὴν οὕτω γε πράττοντας ὑμᾶς ἐθέλω ἐγγυήσασθαι, ἢ μᾶλλον εὐδαιμονήσειν. ΑΛΚ. Ασφαλὴς γοῦν εἶ ἐγγυητής. ΣΩΚ. Αδίκως δέ γε πράττοντες, εἰς τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινὸν βλέποντες, ὡς τὰ εἰκότα ὅμοια τούτοις πράξετε, ἀγνοοῦντες ὑμᾶς αὐτούς. ΑΛΚ. Εοικεν. ΣΩΚ. Ω, γοῦν, ὦ φίλε Αλκιβιάδη, ἐξουσία μὲν ἢ ποιεῖν ὁ βούλεται, νοῦν δὲ μὴ ἔχῃ, τί τὸ εἰκὸς συμβαίνειν, ἰδιώτῃ ἢ καὶ πόλει; οἷον νοσοῦντι ἐξουσίας οὔσης δρᾶν ὃ βούλεται, νοῦν ἰατρικὸν μὴ ἔχοντι, τυραννοῦντι δὲ ὡς μηδὲ ὁπιοῦν τις αὐτῷ, τί τὸ συμβησόμενον; ἆρ' οὐχ, ὡς τὸ εἰκός, διαφθαρεῖναι τὸ σῶμα; ΑΛΚ. Αληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Τί δ' ὅν νηΐ, εἰ τῷ ἐξουσία εἴη ποιεῖν ὃ δοκεῖ, νοῦ τε καὶ ἀρετῆς κυβερνητικῆς ἐστερημένῳ, καθορᾷς ὃ ἂν ξυμβαίνῃ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ξυναύταις; ΑΛΚ. Εγωγε, ὅτι γε ἀπολοῦνται πάντες ἄν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὡσαύτως οὐ πό-

Enimvero fidejubere paratus ſum, vos, ſi ita vixeritis, felices fore. ALC. Fidejuſſor profecto non fallax. SOC. Contra, ſi injuſte vixeritis, intuentes illud quod tenebroſum eſt & divinitatis expers, conſimilia tenebris opera, quemadmodum veriſimile eſt, facietis, vos ipſos ignorantes. ALC. Videtur. SOC. Cui enim, O amice Alcibiades, poteſtas adeſt quocunque libuerit faciendi, mente vero captus eſt, quidnam (putas) illi continget? ſive privatus ſit, ſive reſ- publica? Veluti ſi ægrotanti cuidam libera licentia ſit, rationem medici nullam habenti, & tyrannidem ita exercenti, ut nemo eum reprehendere audeat, quid illi eventurum putas? Nonne veriſimile eſt corpus iri corruptum? ALC. Vera loqueris. SOC. Quid vero ſi in navi apud quempiam omnis licentia ſit quodcunque videatur agendi, mente tamen ac gubernandi peritia careat, tum cernis quid ei & ſociis itineris ſui eventurum ſit? ALC. Opinor fore ut omnes una pe-

λει τε ἢ ἁπάσαις ἀρχαῖς ἢ ἐξουσίαις, ὁπολειπομέναις ἀρετῆς, ἔπειθ' ὅ κακῶς ᾠήθην; ΑΛΚ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα τυραννίδα χρὴ, ὦ ἄριστε Ἀλκιβιάδη, παρασκευάζεσθαι, οὔτε ἑαυτῷ, οὔτε τῇ πόλει (εἰ μέλλετε εὐδαιμονεῖν) ἀλλ' ἀρετήν. ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Πλὴν δέ γε ἀρετὴν ἔχειν, τὸ ἄρχεσθαι ἄμεινον ἢ τοῦ βελτίονος, ἢ τὸ ἄρχειν, ἀνδρὶ, ἢ μόνον παιδί. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τόγε ἄμεινον, ἢ κάλλιον; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸ δὴ κάλλιον, πρεπωδέστερον; ΑΛΚ. Πῶς δ' ἥ; ΣΩΚ. Πρέπει ἄρα ᾧ κακῷ δουλεύειν· ἄμεινον γάρ. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Δουλοπρεπὴς ἄρα ἡ κακία. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ἐλευθεροπρεπὴς δὴ ἡ ἀρετή. ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν φεύγειν χρὴ, ὦ ἑταῖρε, τὴν δουλοπρέπειαν. ΑΛΚ. Μάλιστά γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Αἰσθάνῃ δὲ νῦν, πῶς ἔχεις; ἐλευθεροπρεπῶς, ἢ ἥ; ΑΛΚ. Δοκῶ μοι ἢ μάλα σφόδρα αἰσθάνεσθαι.

reant. SOC. Nonne igitur omni pariter reipublicæ omnique imperio & dominationi, ubi virtus abeſt, contingit ut male agat? ALC. Neceſſe eſt. SOC. Non ergo tyrannis, optime Alcibiades, aut nobis aut reipublicæ paranda eſt, ſed virtus, ſi quidem felices eſſe volumus. ALC. Vera dicis. SOC. Cæterum antequam virtus adſit, conducit viro, non ſolum puero, regi a meliore quam regere. ALC. Apparet. SOC. Nonne quod melius eſt, idem & pulcrius? ALC. Sic eſt. SOC. Quod pulcrius, decentius? ALC. Quidni? SOC. Decet itaque malum ſervire: melius enim eſt. ALC. Decet. SOC. Servilis ergo res eſt pravitas. ALC. Apparet. SOC. Liberalis autem eſt virtus. ALC. Ita eſt. SOC. Nonne, O amice, ſervitus fugienda? ALC. Maxime quidem, O Socrates. SOC. Advertiſne autem quomodo te nunc habeas? utrum libere, an contra? ALC. Et maxime quidem, ut mihi videor, adverto.

κθ'. ΣΩΚ. Οἶσθα οὖν, πῶς ἀποφεύξῃ τοῦτο ὃ σοι νῦν; ἵνα μὴ ὀνομάζωμεν αὐτὸ ὅπη καλῷ ἀνδρί. ΑΛΚ. Ἐγωγε. ΣΩΚ. Πῶς; ΑΛΚ. Ἐὰν βάλῃ σὺ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐ καλῶς λέγεις, ὦ Ἀλκιβιάδη. ΑΛΚ. Ἀλλὰ πῶς χρὴ λέγειν; ΣΩΚ. Οτι, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. ΑΛΚ. Λέγω δή· καὶ πρὸς τούτοις μέντοι τόδε λέγω, ὅτι κινδυνεύσομεν μεταβαλεῖν τὸ σχῆμα, ὦ Σώκρατες, τὸ μὲν σὺν ἐμοὶ, σὺ δὲ τὸ σὸν· ἐὰν γάρ ὅσον ὅπως ἐν παιδαγωγήσω σε ἀπὸ τησδε τῆς ἡμέρας, σὺ δ' ὑπ' ἐμοῦ παιδαγωγήσῃ. ΣΩΚ. Ω θαυμάσιε, πελαργὸς ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως ἐοικὲν διοίσει, εἰ σοὶ ἐνεστόβασε ἔρωτα ὑπόπτερον, ὑπὸ τούτου πάλιν θεραπεύεται. ΑΛΚ. Αλλ' ὅπως ἔχει· καὶ ἄρξομαί γε ἐντεῦθεν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι. ΣΩΚ. Βουλοίμην ἄν σε καὶ προτελέσαι. ὀρρωδῶ δὲ, ὅπι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ὁρῶν ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ κρατήσῃ.

29. SOC. Noſtine ergo quo pacto id quod nunc te occupat fugere queas? nolim enim iſtud in pulchro homine nominemus. ALC. Novi equidem. SOC. Quomodo igitur? ALC. Si ipſe volueris, O Socrates. SOC. Haud recte loqueris, Alcibiades. ALC. At quomodo dicendum eſt? SOC. Si Deus voluerit. ALC. Dico equidem; atque hoc inſuper addo, periculum eſſe ne perſonas invicem mutemus, O Socrates, tuam quidem ego induens, tu autem meam: fieri enim non poteſt, quin ego te deinceps erudiam, tu autem a me erudiaris. SOC. O generoſe, nihilo igitur meus in te amor a ciconia differt, ſi poſteaquam prope te velut in nido amorem alatum foverit, ab illo iterum nutriatur. ALC. Profecto ſic ſe res habet, & incipiam hinc jam juſtitiam meditari. SOC. O quam te perſeverare velim. Timeo autem, non naturæ tuæ diffidens, ſed hujus civitatis vim intelligens, ne ea me ſimul ac te vincat.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

Η ΠΕΡΙ

ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Ω Αλκιβιάδη, ἆρά γε θεὸν προσδοκῶν προσεύξῃ; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Φαίνῃ γέ πῃ ἐσκυθρωπακέναι τε καὶ εἰς γῆν βλέπειν, ὡς πῃ συννοούμενος. ΑΛΚ. Καὶ τί ἂν πῃ συννοοίμην, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Τὴν μεγίστην, ὦ Αλκιβιάδη, σύν-5

PLATONIS

ALCIBIADES SECUNDUS

SIVE DE

PRECATIONE.

SOCRATES, ALCIBIADES.

DEUMNE, O Alcibiades precaturus accedis? ALC. Et maxime quidem, O Socrates. SOC. Triſtitiam quandam præ te ferre videris, & terram intueri, tanquam aliquid ipſe tecum cogitans. ALC. At quid cogitem, O Socrates? SOC. Maxima, ut mihi videtur: nam

νοιαν, ὥς γε μοι δοκεῖ. ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, οὐκ οἴῃ σὺ θεὸς, ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἐνίοτε τούτων τὰ μὲ δίδοναι, τὰ δ' οὔ; καὶ ἔστιν οἷς μὲν αὐτῶν, ἔστι δὲ οἷς οὔ; ΑΛΚ. Πάνυ μὲ οὖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν δοκεῖ σοι πολλῆς προμηθείας γε προσδεῖσθαι, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν, εὐχόμενον μεγάλα κακὰ, δοκῶν δ' ἀγαθά· ἃ δὲ θεοὶ τύχοιεν ἂν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει, ἂν ἢ διδόασιν αὐτοὶ ἄ τις εὐχόμενον τυγχάνῃ; ὥσπερ τὸν Οἰδίποδα αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι, χαλκῷ διελέσθαι τοὺς ἑαυτοῦ τὰ πατρῷα· ἐξὸν αὐτῷ τῶν πρόσθεν κακῶν ἀποτροπαίου τινὰ εὔξασθαι, ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηράσατο. τοιγαροῦν ταῦτά τε ἐξετελέσθη, καὶ ἐκ τούτων ἄλλα πολλὰ καὶ δεινά· ἃ τί δεῖ καθέκαστα λέγειν; ΑΛΚ. Ἀλλὰ σὺ μὲ, ὦ Σώκρατες, μανόμενον ἄνθρωπον εἴρηκας. ἐπεὶ τίς ἂν σοι δοκῇ τολμῆσαι ὑγιαίνων τοιαῦτ' εὔξασθαι; ΣΩΚ. Τὸ

dic per Jovem, Obsecro, nonne putas deos, eorum quæ vel privatim vel publice precamur, nonnunquam concedere partem, partem negare, atque id his quidem annuere, illis vero minime? ALC. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur tibi videtur magna providentia opus esse, ne quis seipsum fallat dum magna petit mala, credens bona se petere: Deorum autem hic sit habitus, ut largiantur, quæ quis postulat? quemadmodum OEdipum ferunt obsecrasse Deum de regno paterno ut filii ferro decernerent: cumque ei licuisset præsentium tum malorum aversionem petere, alia insuper imprecabatur. Unde ad eum eventum ista venerunt, atque ex iis alia multa & gravia, quæ referre singula nequaquam opus est. ALC. At tu furentem quidem hominem in exemplum adduxisti: nam, quem putas sanæ mentis hominem ausurum talia petere? SOC. Insanire nonne con-

μαίνεσθαι ἆρά γε ὑπεναντίον σοι δοκεῖ σωφρονεῖν; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Ἀφρονες δὲ ᾗ φρόνιμοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι εἶ) τινές σοι; ΑΛΚ. Εἶναι μέν τοι.

β'. ΣΩΚ. Φέρε δὴ ἐπισκεψώμεθα, τίνες ποτ' εἰσὶν ἕτοι. ὅτι μὲν γὰρ εἰσί τινες ὡμολόγηϛ ἄφρονές τε καὶ φρόνιμοι, καὶ μαινόμενοι ἕτεροι. ΑΛΚ. Ωμολόγηϛ γάρ. ΣΩΚ. Ετι δὲ ὑγιαίνοντες εἰσί τινες; ΑΛΚ. Εἰσίν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἕτεροι; ΑΛΚ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἔχ οἱ αὐτοί; ΑΛΚ. Οὐ γάρ. ΣΩΚ. Ἀρ' οὖν καὶ ἕτεροί τινές εἰσιν, οἳ μηδ' ἕτερα τούτων πεπόνθασιν; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ανάγκη γάρ ἐστιν ἄνθρωπον ὁντα νοσεῖν, ἢ μὴ νοσεῖν. ΑΛΚ. Εμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Τί δέ; περὶ φρονήσεως καὶ ἀφροσύνης, ἆρά γε τὴν αὐτὴν ἔχεις γνώμην; ΑΛΚ. Πῶς λέγεις; ΣΩΚ. Δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἢ φρόνιμον, ἢ ἄφρονα; ἢ ἔστι τὶ ξυμμέσου τρίτον πάθος, ὃ ἐποίει τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον, μήτε

trarium eſt ei quod eſt, Prudentem eſſe? ALC. Prorſus. SOC. Num ex hominibus alii prudentes eſſe, alii imprudentes videntur? ALC. Videntur ſane.

2. SOC. Age itaque, conſideremus quinam iſti ſunt. Eſſe enim alios quidem imprudentes, alios vero prudentes, inſanos alios etiam jam convenit. ALC. Convenit. SOC. Præterea bene valentes aliqui ſunt. ALC. Sunt. SOC. Ægrotantes alii. ALC. Omnino. SOC. Non ergo iidem ſunt. ALC. Non certe. SOC. Suntne alii quidam, qui neutrum iſtorum patiuntur? ALC. Nequaquam. SOC. Neceſſe eſt enim hominem ægrotare vel non ægrotare. ALC. Videtur. SOC. De prudentia vero & imprudentia idem judicas? ALC. Quomodo dicis? SOC. Hominem aut prudentem aut imprudentem eſſe oportere putas? an vero tertia quædam eſt affectio intermedia, per

ἄφρονα; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀνάγκη ἄρα ὀΘ' ὅ ἕτερον τούτων πεπονθέναι. ΑΛΚ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν μέμνησαι ὁμολογήσας ἐναντίον εἶ) μανίαν φρονήσει; ΑΛΚ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ μηδὲν εἶ) μεταξὺ τούτων πάθος, ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον, μήτε ἄφρονα εἶ); ΑΛΚ. Ὡμολόγησα γάρ. ΣΩΚ. Καὶ μὴν δύο γε ἐναντία ἑνὶ πράγματι πῶς ἂν εἴη; ΑΛΚ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Ἀφροσύνη ἄρα καὶ μανία κινδυνεύει ταυτὸν εἶ). ΑΛΚ. Φαίνεῖ). ΣΩΚ. Πάντας οἶμαι ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, σὲ ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίημεν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Αὐτίκα τῶν σῶν ἡλικιωτῶν, εἴ τινες τυγχάνουσιν ἄφρονες ὄντες, ὥσπερ εἰσὶ, καὶ τοῦ ἔτι πρεσβυτέρων. ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, σὸν οἴει τοῦ ἐν τῇ πόλει ὀλίγους μὲν εἶ) τοὺς φρονίμους, ἄφρονας δὲ τοὺς πολλούς, οὓς δὴ σὺ μαινομένους καλεῖς; ΑΛΚ. Ἔγωγε.

quam nec prudens nec imprudens ſit? ALC. Nulla profecto. SOC. Neceſſe eſt igitur alterutro modo affici? ALC. Apparet. SOC. Recordaris conceſſiſſe te inſaniam prudentiæ contrariam eſſe? ALC. Equidem. SOC. Et mediam nullam eſſe tertiam affectionem, quæ hominem nec prudentem nec imprudentem efficiat? ALC. Conſenſi quidem. SOC. Quinetiam duo eſſe idem contraria quo pacto poſſunt? ALC. Nullo. SOC. Imprudentia igitur atque inſania idem eſſe videntur. ALC. Videntur. SOC. Si ergo omnes imprudentes inſanire dixerimus, recte dicemus. ALC. Sane. SOC. Et etiam ex tuis æqualibus, necnon ætate majoribus, ſi qui ſunt imprudentes (uti revera ſunt) eos inſanos eſſe. Nonne enim putas perpaucos eſſe in hac urbe prudentes, imprudentes plurimos, quos inſanos appellas? ALC. Equidem.

γ'. ΣΩΚ. Οἴῃ ἂν οὕτω χαίροντας ἡμᾶς εἰ μετὰ τοσούτων μαινομένων πολιτευομένους, ᾗ οὐκ ἂν παιομένους ᾗ βαλλομένους, ᾗ, ἅπερ εἰώθασιν οἱ μαινόμενοι ἁμπεχόττεσθαι, πάλαι δίκην δεδωκέναι; ἀλλ' ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ ἄχ οὕτω ταυτ' ἔχῃ. ΑΛΚ. Πῶς ἂν οὕτω ποτ' ἔχοι, ὦ Σώκρατες; κινδυνεύει γάρ ἄχ οὕτως ἔχειν, ὥσπερ φήθην. ΣΩΚ. Οὐδ' ἐμοὶ δοκῇ. ἀλλὰ τῇδέπῃ ἀθρητέον. ΑΛΚ. Πῇ ποτε λέγεις; ΣΩΚ. Ἐγὼ δή σοι γε ἐρῶ. ὑπολαμβάνομέν γε πάνυ πολλοὺς εἶναι νοσοῦντας, ἢ οὔ; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Ἆρ' ἂν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶ τὸν νοσοῦντα τὰ σώματα ἅπαντα, ἢ πυρέττειν, ἢ ὀφθαλμιᾶν; ἢ οὐκ ἂν δοκῇ σοι καὶ μηδὲν τούτων πεπονθὼς, ἕτερόν νόσον; πολλαὶ γάρ δήπου γε εἰσί, καὶ οὐχ αὗται μόναι. ΑΛΚ. Ἔμοιγε δοκοῦσιν. ΣΩΚ. Ὀφθαλμία ἂν σοὶ δοκεῖ πᾶσα, νόσος εἶ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' ἂν ᾗ πᾶσα νόσος ὀφθαλμία; ΑΛΚ.

3. SOC. An censes nos tutos inter hos insanos versari potuisse, nec potius ab eis percussos fore, ac verberatos, & quæcunque furiosi facere solent passuros, & jamdudum pœnas daturos? Sed vide, O beate, ne aliter se res habeat. ALC. Quo pacto se habet, O Socrates? Apparet enim non ita esse ut putavi. SOC. Non certe ut mihi videtur; sed hoc fortasse pacto cogitandum est. ALC. Quonam; SOC. Dicam tibi. Ponimus aliquos ægrotantes esse, necne? ALC. Omnino quidem. SOC. Nunquid necessarium opinaris omnem ægrotum cruciari prodagra, vel febri vel lippitudine? An, etiamsi nihil istiusmodi patiatur, nonne putas posse eum aliis morbis affici? multæ enim sunt morborum species præter istas. ALC. Sic mihi videtur. SOC. Num omnis lippitudo morbus tibi videtur? ALC. Mihi certe. SOC. Et omnis morbus etiam lippitudo? ALC.

Οὐ δῆτα ἔμοιγε· ἀπορῶ μέντοι γε πῶς λέγω. ΣΩΚ. Αλλ' ἐὰν ἐμοιγε προσέχῃς τὸν νοῦν, σύντε δύο σκεπομθύω οχεδὸν εὑρήσομεν. ΑΛΚ. Αλλὰ προσέχω, ὦ Σώκρατες, εἰς δυύαμιν τὴν ἐμήν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὡμολογήθη ἡμῖν ὀφθαλμία μὲν πᾶσα νόσος εἶναι, νόσος μέντοι οὐκ ἔστι πᾶσα ὀφθαλμία; ΑΛΚ. Ωμολογήθη. ΣΩΚ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι δοκεῖ ὁμολογηθῆναι. καὶ γὰρ ἃ πυρέττοντες πάντες νοσοῦσιν, οὐ μέντοι ἃ νοσοῦντες πάντες πυρέττουσιν, οὐδὲ ποδαγριῶσιν, οὐδέ γε ὀφθαλμιῶσιν οἶμαι· ἀλλὰ νόσος μὲν πᾶν τὸ τοιοῦτόν ἐστι, διαφέρειν δέ φασιν, οὓς δὴ καλοῦμεν ἰατροὺς, τὴν ἀπεργασίαν αὐτῶν. οὐ γὰρ πᾶσαι οὔτε ὁμοίαι, οὔτε ὁμοίως διαπράττονται, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὑτῆς δυύαμιν ἑκάστη, νόσοι μέντοι πᾶσαί εἰσιν, ὥσπερ δημιυργούς τινας ὑπολαμβάνομεν. ἢ οὔ; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοὺς σκυτοτόμους καὶ τέκτο-

Non mihi quidem; nescio tamen quid afferam. SOC. Sed si dicenti mihi mentem adhibeas, & ambo simul investigemus, fere quod volumus consequemur. ALC. At adhibeo quam maxime possum, mi Socrates. SOC. Nonne convenit inter nos lippitudinem omnem esse morbum, non omnem tamen morbum lippitudinem esse? ALC. Convenit. SOC. Et recte quidem consensisse videmur. Etenim febricitantes ægrotant omnes, non tamen quicunque ægrotant etiam febricitant, vel podagra aut lippitudine afficiuntur. Sed omne quidem hujusmodi communiter morbus est: at ii quos Medicos appellamus, differre dicunt illorum curationem: non enim omnes aut similes sunt aut similiter pertractantur, verum secundum vim propriam singuli, morbi tamen sunt omnes. Quemadmodum opifices aliquos esse ponimus; nonne? ALC. Prorsus. SOC. Et cerdones &

νας, καὶ ἀνδριαντοποιοὺς, καὶ ἑτέρους παμπλήθεις, οὓς τί δεῖ καθέκαστα λέγειν; ἔχουσι δ' οὖν διειληφότες δημιουργίας μέρη, καὶ πάντες οὗτοί εἰσι δημιουργοί, οὐ μέντοι εἰσὶ τέκτονές γε, οὐδὲ σκυτοτόμοι, οὐδὲ ἀνδριαντοποιοὶ, οἱ σύμπαντες εἰσι δημιουργοί. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τῷ ἀφρονίτῳ διειληφότες εἰσὶ, καὶ τοὺς μὲν πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἔχοντας, μαινομένους καλοῦμεν· τοὺς δ' ὀλίγον ἔλαττον, ἠλιθίους τε καὶ ἐμβροντήτους. εἰ δὲ σὺ εὐφημοτάτοις ὀνόμασι βουλόμενοι κατονομάζειν, εἰ μὲν μεγαλοψύχους, εἰ δὲ εὐήθεις, ἕτερα δὲ ἀκάκους, καὶ ἀνεύους. εὑρήσεις δὲ καὶ ἕτερα πολλὰ ἀναζητῶν ὀνόματα. πάντα δὲ ταῦτα ἀφρονίτη δηλοῖ. Διαφέρει γὴ ὥσπερ τέχνη τέχνης ἡμῖν κατεφαίνετο, καὶ νόσος νόσου. ἢ πῶς σοι δοκεῖ; ΑΛΚ. Ἐμοὶ μὲ οὕτω.

δ'. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀπ' ἐκείνου πάλιν ἐπανέλθωμεν. ἦν

fabros ſculptoreſq; & quamplumos alios, quos referre ſingulos nihil opus eſt: partes itaque opificii diſcretas habent; ac omnes quidem opifices ſunt, non tamen fabri omnes, neque coriarii, neque ſculptores, at cuncti generatim opifices. ALC. Sic eſt. SOC. Eadem quoque ratione imprudentiam inter ſe *quam plurimi* partiuntur, & qui majorem ſortiuntur imprudentiæ partem, inſani furenteſque vocantur; qui vero aliquanto minorem, ſtolidi atque veſani. Qui autem honeſtioribus vocabulis eos ſignificare volunt, partim quidem magnanimos appellant, partim ſimplices: quidam innocuos, & inexpertos, & fatuos: invenies quoque, ſi inquiras, alia multa nomina, quibus omnibus imprudentia ſignificatur. Diſcrepant autem ut diſcrepare comperta eſt ars ab arte, & a morbo morbus. Tibi vero quid videtur? ALC. Id ipſum.

4. SOC. Sed ut redeamus unde digreſſi ſumus; propoſitum fuit in diſputationis exor-

γὲ δή που ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, σκεπτέον εἶη ἂν τοὺς ἀφρονάς τε καὶ φρονίμους, τίνες ποτ' εἰσίν. ὡμολόγητο γὰρ εἶναί τινας. ἢ γὲ οὔ; ΑΛΚ. Ναὶ, ὡμολόγηται. ΣΩΚ. Ἀρ' οὖν τούτους φρονίμους ὑπολαμβάνεις, οἳ ἂν εἰδῶσιν ἅττα δεῖ τοιαῦτα λέγειν; ΑΛΚ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἀφρονας δὲ ποτέρους; ἆρά γε τοὺς μηδ' ἕτερα τούτων εἰδότας; ΑΛΚ. Τούτους. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οἵγε μὴ εἰδότες μηδ' ἕτερα τούτων, λήσουσιν αὑτοὺς, καὶ λέγοντας ἅττα μὴ δεῖ. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τούτων μῶν ἔλεγον, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ τὸν Οἰδίποδα εἶη τῶν ἀνθρώπων. εὑρήσεις δὲ καὶ τῶν νῦν ἐπὶ πολλοὺς, οὐκ ὀργῇ κεχρημένους, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἀγαθά. ἐκεῖνος μὲν ὥσπερ δὴ ἤυχετο, οὐδ' ᾠήθη· ἕτεροι δὲ πολλοί εἰσιν οἱ τἀναντία τούτων πεπόνθασιν. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε, εἴ σοι ἐμφανὴς γένοιτο ὁ θεὸς, ὅτῳ ἂν τυγχάνεις προσιών, ἐρωτήσειε πρὶν ὁτιοῦν εὔξασθαί σε, εἰ ἐξαρκέσει σοι τύραννον γενέσθαι τῆς Αθη-

dio, qui prudentes quive imprudentes eſſent inquirendum eſſe. Conceſſimus enim tales aliquos eſſe; nonne? ALC. Conceſſimus. SOC. Num prudentes exiſtimas eos quicunque agenda cognoſcunt? ALC. Equidem. SOC. Imprudentes autem quos? num eos qui neutra ſciunt? ALC. Eos ipſos. SOC. Nonne qui utraque hæc ignorant, ſeipſos latebunt agentes & loquentes quæ non oportet? ALC. Apparet. SOC. Ex his hominibus unum, O Alcibiades, etiam OEdipum eſſe dicebam. Reperies etiam multos ex iis qui nunc vivunt, non iratos, ut ille fuit, nec mala, ſed bona potius, precari ſibi ſe putantes. Ille ſiquidem ut non precatus eſt, ita nec putabat ſe precari bona: ſunt vero nonnulli alii, qui contrario ab illis modo affecti ſunt. Reor etenim te imprimis, ſi forte Deus ille, ad quem exorandum accedis, ſeſe oculis tuis exhibens, te, priuſquam aliquid obſecrares, inter-

ναίων πόλεως, εἰ ἢ τοῦτο φαῦλον ἡγήσαιο καὶ μὴ μέγα τι, πρὸς δὲ καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων· εἰ δέ σε ὁρῴη ἔτι ἔλαττον δοκοῦντα ἔχειν, εἰ μὴ καὶ πάσης Εὐρώπης ἐπιτροπεύοι σοι, καὶ τοῦτο μὴ μόνον ἐπιτροπεύοι, ἀλλ' ἡμέρου σε βουλομένου ὡς πάντας ἀνθρώπους ὅτι Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου τύραννός ἐστιν, αὐτὸν οἶμαι ἄν σε ἀπιέναι πρᾶξαι γενόμενον, ὡς τῶν μεγίστων ἀγαθῶν κεκυρηκότα. ΑΛΚ. Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σώκρατες, κἂν ἄλλον ὁντινοῦν, εἴπερ τοιαῦτα συμβαίη αὐτῷ. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μέντοι, ἀντί γε τῆς σῆς ψυχῆς οὐδ' ἂν τὴν πάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων χώραν τε καὶ τυραννίδα βουληθείης σοι γενέσθαι. ΑΛΚ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε· πῶς γὰρ ἄν, μηδὲν γέ τι μέλλων αὐτοῖς χρῆσθαι; ΣΩΚ. Τί δ' εἰ [1]μέλλεις κακῶς τε καὶ βλαβερῶς χρῆσθαι; ἆρ' ἂν οὕτως; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα.

ε'. ΣΩΚ. Ὁρᾷς ἂν ὡς οὐκ ἀσφαλὲς, ὅτε τὰ διδόμενα

rogaret, satisne tibi sit Atheniensium dominatu potiri; quod si hoc vile & exiguum quiddam æstimares, adderet & Græcorum omnium: & si viderit te neque istis etiam acquiescere, nisi totius etiam Europæ adjiciat, neque id tantum adjiciat, sed cupienti tibi ut uno eodemque die sentirent omnes Alcibiadem Cliniæ filium tyrannide potiri, gratificaretur; reor ab eo te ingenti cum lætitia rediturum, ac si maxima bona esses consecutus. ALC. Arbitror, O Socrates, & quemcunque alium, quisquis eandem sortem assequeretur. SOC. Vitam vero tuam, neque cum Græcorum omnium nec barbarorum regione & imperio commutares. ALC. Non, ut opinor; quorsum enim, siquidem nullo modo iis usurus essem? SOC. Quid si usurus quidem sis, male tamen & proprio cum damno? Neque sic quidem? ALC. Non profecto.

5. SOC. Cernis ergo tutum non esse, nec quæ offeruntur temere accipere, nec

1 F. μέλλοις, κακῶς δὲ &c.

εἰκὸς δέχεσθαί σε, ὅτε αὐτὸν εὔχεσθαι ἠνέσθαι, εἰ γέ πως βλάπτεσθαι μέλλοι ἀφ' ταῦτα, ἢ τοπαράπαν τοῦ βίου ἀπαλλαγῆναι. πολλοὺς δ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν, ὅσοι τυραννίδος ἐπιθυμήσαντες ἤδη καὶ ἀπευδόσαντες τοῦτ' αὐτοῖς οὐκ ἀγαθὸν γενέσθαι, ὡς ἀγαθόν τι προξόντες, ἀφ' τὴν τυραννίδα ἐπιβουλευθέντες τὸν βίον ἀφηρέθησαν. οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἐνιά γε χθιζά τε καὶ προῤῥιζὰ γεγενημένα, ὅτε Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων τύραννον τὰ παιδικὰ, ἐραθέντα τῆς τυραννίδος οὐδὲν ἧττον ἢπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστήν, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος· καταρχὴν δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα, πάλιν αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ὑφ' ἑτέρων πιῶν ἐτελεύτησεν. ὁρᾷς δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων πολιτῶν (ταῦτα γὰρ οὐκ ἄλλων ἀκηκόαμεν, ἀλλ' αὐτοὶ παρόντες οἴδαμεν) ὅσοι τυραννίδος ἐπιθυμήσαντες ἤδη καὶ τυχόντες αὐτῆς, οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν φυγάδες τῆσδε τῆς πόλεως εἰσιν, οἱ δὲ τὸν βίον ἐτελεύτη-

ipsum optare ut eveniant, si quis propterea incommoda subiturus sit, vel vitam protinus amissurus. Multos autem proferre possemus, qui cum tyrannidem affectassent, dumque illa potirentur ardenti studio contendissent, utpote bonum aliquid adepturi, propter tyrannidem circumventi insidiis perierunt. Puto etiam audivisse te nonnulla heri ac nudiustertius gesta, cum Archelaum Macedonum tyrannum amasius ejus, qui tyrannidem non minus affectaret quam ipse amasium, interfecit, amatorem licet, quasi tyrannus mox beatusque futurus: cum vero triduum aut quatriduum tyrannide potitus esset, rursus ab aliis ex aliorum insidiis & ipse oppressus periit. Videò insuper ex nostris civibus (ut referamus quæ non ex auditu percepimus, sed ipsi nos præsentes inspeximus) quicunque præfecturam exercitus affectantes nacti illam sunt, alios etiamnum exulare, alios morte dam-

σαν· ἃ δὲ ἄμεινα δοκοῦντες αὐτῶν πεφάνθαι, μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐλθόντες καὶ φόβων, οὐ μόνον ἐν ταύτῃ τῇ στρατηλάτῃ, ἀλλ' ἐπεὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν κατῆλθον, ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν πολιορκούμενοι πολιορκίαν, οὐδὲν ἐλάττω τῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων, διετέλεσαν, ὥστε οἰόμενοι αὐτῶν εὔχεσθαι ἀστρατηγήτους εἶναι μᾶλλον ἢ ἐστρατηγηκέναι. εἰ μὲν οὖν ἦσαν ἃ κίνδυνοί τε καὶ πόνοι φέροντες εἰς ὠφέλειαν, εἶχεν ἄν τινα λόγον, νῦν δὲ καὶ πολὺ τοὐναντίον. εὑρήσεις δὲ καὶ περὶ τέκνων τὸν αὐτὸν τρόπον εὐξαμένους πολλὰς ἤδη ἥδεσθαι, καὶ θρεμμένων εἰς ξυμφοράς τε καὶ λύπας τὰς μεγίστας καταστάντας. ἃ μὲν γὰρ, μοχθηρῶν ἀπαιδεύτων ὄντων τοὺς τέκνων, ὅλον τὸν βίον λυπούμενοι διήγαγον· σὺ δὲ, χρηστῶν μὲ θρεμμένων, συμφορᾶς ἢ χρησαμένων ὥστε περιδῆναι, καὶ τούτους σὺδὲν εἰς ἐλάττονας δυσχυίας καθεστηκότας ἢπερ ἐκείνους, καὶ βουλομένους ἂν ἀγένητα μᾶλλον εἶναι

natos esse. Qui autem, multis periculis & timoribus elapsi, rem optime gessisse visi sunt, non modo in ipso exercitu, verum etiam postquam in patriam suam redierunt, non minori calumniatorum quam hostium obsidione perpetuo oppressi sunt: adeo ut nonnulli illorum optaverint, se privatos vixisse potius quam cum imperio. Quod si pericula & labores hujusmodi aliquam nobis utilitatem afferrent, hoc esset fortasse operæ pretium; nunc vero longe aliter se res habet. Invenies præterea eodem pacto nonnullos homines, qui filios votis exoptarint; at cum adepti essent, in calamitates doloresque maximos inciderint. Nam plerique, cum liberi per omnem ætatem improbi perseverarent, universam vitam in mœrore consumserunt; qui vero probos filios nacti adverso quodam casu illis orbati essent, nihilo minus quam superiores illos miseros fuisse *invenies*; adeo ut

ἢ ἥρεθαι. ἀλλ' ὅμως τούτων τε καὶ ἑτέρων πολλῶν ὁμοιοτρόπων τούτοις οὕτω σφόδρα καταδήλων ὄντων, ἀπάνιον εὑρεῖν ὅστις ἂν ἢ διδομένων ἀπόσχοιτο, ἢ μέλλων δι' εὐχῆς τεύξεσθαι, ᾧ ὠύσαιτο ἂν εὐχόμενος. οἱ δὲ πολλοὶ οὔτε ἂν τυραννίδος διδομένης ἀπόσχοιντο ἂν, οὔτε στρατηγίας, οὐδ' ἑτέρων πολλῶν ἃ πρόντα βλάπτει μᾶλλον ἢ ὠφελεῖ, ἀλλὰ καὶ εὔξαιντο ἂν ἥρεσθαι, εἰ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνῃ· ὀλίγον δὲ ὕστερον ἐνίοτε παλινῳδοῦσιν, ἀνθυμούμενοι ἅπ' ἂν τοπρῶτον εὔξωνται. ἐγὼ μὲν οὖν ἅπρᾶ, μὴ ὡς ἀληθῶς μάτην θεοὺς ἄνθρωποι αἰτῶνται, ἐξ ἐκείνων φάμενοι κακὰ σφίσιν εἶναι· οἱ γὰρ, καὶ αὐτοὶ σφίσιν εἴτε ἀταθαλίαισιν, εἴτε ἀφροσύναις χρὴ εἰπεῖν,

Ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

κινδυνεύει γ' ἄν, ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητὴς, ὃς δοκεῖ μοι, φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ ἂ βέλτιον ἦν,

optarint nunquam se filios genuisse. Et nihilominus, quamvis hæc atque alia multa hujusmodi tantopere manifesta sunt, raro tamen invenietur qui vel a datis abstineret, vel, si orando imperaturus esset, votum omitteret. Permulti etiam neque ab oblata tyrannide, neque ab exercitus imperio, neque ab aliis innumeris, (quæ cum possidentur lædunt, potius quam prosunt) abstinerent; quin potius orarent sibi illa concedi si cui non adsint. Interdum autem breve post tempus præterita vota damnant, ea deprecantes quæ initio precati sunt. Quamobrem vereor, ne homines temere deos incusent, quasi mala ab iis inferantur: cum tamen ipsi, seu protervitate sua sive insipientia,

Dolores supra modum habent.

Quare vir prudens esse videtur poeta ille qui, ut mihi videtur, cum amicos insipientes haberet, dum eos videret & agentes & orantes quæ illis minime conducebant, cum tamen *con-*

ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ὧδί·

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλά [φησι] καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις

Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει. Ἐμοὶ μὲν οὖν καλῶς δοκεῖ καὶ ἀσφαλῶς λέγειν ὁ ποιητής· σὺ δ' εἰπὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα, μὴ σιώπα.

ϛ'. ΑΛΚ. Χαλεπόν, ὦ Σώκρατες, ὅστιν ἀντιλέγειν πρὸς τὰ καλῶς εἰρημένα. ἐκεῖνο δ' ἂν ἐννοῶ, ὅσων κακῶν αἰτία ἡ ἄγνοια τοῖς ἀνθρώποις, ὅπότε ὡς ἔοικε λελήθαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἅμα ταύτῃ καὶ πράττοντες καὶ, τό γε ἔσχατον, εὐχόμενοι ἡμῖν αὐτοῖς τὰ κάκιστα. ὅπερ οὖν οὐδεὶς οἰήσεται· ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο, ἱκανὸς εἶ) αὐτὸς αὑτῷ τὰ βέλτιστα εὔξασθαι, ἀλλ' ἴσως τὰ κάκιστα. τοῦτο μὲν δὴ ὡς ἀληθῶς καταρᾷ τινί, ἀλλ' οὐκ εὐχῇ, ὅμοιον ἂν εἴη. ΣΩΚ. Ἀλλ'

ducere viderentur, pro iis omnibus precatus est. Loquitur autem hoc modo;

Jupiter rex, [ait] *optima quidem & voventibus, & non voventibus,*

Nobis tribue, mala autem etiam petentibus avertere

rogat. Recte igitur & caute loqui poeta mihi videtur; tu vero si quid habes in animo *quod* adversus hæc *proferas*, ne sileto.

6. ALC. Difficile est, O Socrates, iis quæ bene dicta sunt contradicere. Illud autem cogito, quantorum malorum causa sit hominibus ignorantia: quandoquidem, ut videtur, propter hanc inscienter & facimus &, quod deterrimum est, pessima nobismetipsis precamur: quod quidem nemo putaret; quin potius illud quilibet opinaretur, posse videlicet se sibi ipsi non pessima sed optima petere: hoc enim revera execrationi cuidam, non voto, simile esset. SOC. At

ἴσως; ὦ βέλτιστε, φαίη ἄν τις ἀνὴρ, ὃς ἐμοί τε καὶ σοὶ σοφώτερος ὢν τυγχάνῃ, οὐκ ὀρθῶς ἡμᾶς λέγειν, οὕτως εἰκῇ ψέγοντας ἄγνοιαν, εἴγε μὴ προσθείημεν τοὺτῳ ἔστιν ὧν τε ἄγνοιαν· καὶ ἔδιν οἷς, καὶ ἔχουσί πως, ἀγαθόν, ὥσπερ ἐκείνοις κακόν. ΑΛΚ. Πῶς λέγεις; ἔστι γὰρ ὁπόυν πρᾶγμα ὅτῳ δὴ ὁπωσοῦν ἔχοντι ἄμεινον ἀγνοεῖν, ἢ γινώσκειν; ΣΩΚ. Ἐμοιγε δοκῇ· σοὶ δ' οὔ; ΑΛΚ. Οὐ μὰ τοι μὰ Δία. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὰ οὐδ' ἐκεῖνό σου καταγνώσομαι, ἐθέλειν ἄν σε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ξυμπεπράχθαι, ἅπερ Ὀρέστῃ φασὶ καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα, καὶ εἴ δή τινες ἄλλοι ἐκείνοις τυγχάνουσι ταυτὰ ξυμπεπραγμένοι. ΑΛΚ. Εὐφήμει πρὸς Διός, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὕτοι τὸν λέγοντα, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὡς οὐκ ἂν ἐθέλοις σοι ταῦτα πεπρᾶχθαι, εὐφημεῖν δεῖ σε κελεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ εἴ τις τἀναντία λέγοι, ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς οὐδὲ ῥητέον εἶναι οὕτως

forte, vir optime, diceret quispiam te simul & me sapientior, haud satis recte nos loqui, dum sic temere ignorantiam vituperamus; nisi hoc adjiciamus, nimirum quorum ignorantia sit: quibusdam namque certo modo affectis bonum forte esse ignorantiam, quemadmodum aliis malum. ALC. Quid ais? Estne quicquam, quod alicui, quomodocunque se habenti, ignorare aliquando præstet quam cognoscere? SOC. Mihi sane videtur; nonne & tibi? ALC. Non per Jovem. SOC. Enimvero nec tibi hoc imputaverim, velle te adversus matrem patrare, quod Orestem, & Alcmæona, & si qui alii eadem perpetratraverint, commisisse ferunt. ALC. Bene ominare per Jovem, O Socrates. OSC. Non te decet, O Alcibiades, eum, qui inquit te nolle ista feciſſe, jubere ut bene ominetur, sed multo potius si quis contraria diceret, siquidem facinus tam horrendum tibi videtur, ut ne

εἰκῇ. δοκῇς δ' ἂν τὸν Ορέστην, εἰ ἐτύγχανε φρόνιμος ὢν καὶ εἰδὼς ὅ, τι βέλτιστον ἦν αὐτῷ πρᾶξαι, τολμῆσαι ἄν τι τούτων πραξάσθαι; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐδέ γε ἄλλον, οἶμαι, οὐδένα. ΑΛΚ. Οὐ μὰ τοι. ΣΩΚ. Κακὸν ἄρα (ὡς ἔοικεν) ἐστὶν ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια· καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον. ΑΛΚ. Εμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι; ΑΛΚ. φημί.

ζ. ΣΩΚ. Ετι τοίνυν καὶ τόδε σκεψώμεθα. εἴ σοι αὐτίκα μάλα πρᾶγμα ἐπιφανὲς εἴη, οἰηθείη βέλτιον εἶναι, Περικλέα τὸν σεαυτοῦ ἐπίτροπόν τε καὶ φίλον, ἐγχειρίδιον λαβόντα, ἐλθόντα ἐπὶ τὰς θύρας εἰπεῖν εἰ ἔνδον ἐστί, βουλόμενον ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐκεῖνον, ἄλλον δὲ μηδένα, ἃ δὲ φαίη ἔνδον εἶναι· (καὶ οὐ λέγω εἰθέλειν ἄν σε τούτων τι πρᾶττειν, ἀλλ' εἰ, οἶμαι, δόξειέ σοι ὅπερ οὐδὲν κωλύει δήπου πρᾶγε ἀγνοοῦντι τὸ

pronunciari quidem facile debeat. Putasne autem Orestem, si prudens fuisset, & quid factu sibi honestissimum esset novisset, scelus tantum ausurum fuisse? ALC. Non certe. SOC. Neque alium, ut arbitror, ullum. ALC. Nullum. SOC. Malum est igitur, ut videtur, ignorantia optimi, & quod optimum est ignorare. ALC. Mihi sane videtur. SOC. Nonne & illi & ceteris omnibus?

7. ALC. Fateor. SOC. Consideremus præterea & hoc; si in mentem tibi subito venerit, melius id esse putanti, Periclem tutorem atque amicum tuum interficere, ac sumpto gladio ad fores illius properans interrogares num intus esset, volens illum duntaxat, nec alium quenquam, occidere, domestici autem illum intus esse responderent: (neque dico te quicquam hujusmodi conari velle; sed si ea tibi subeat opinio, quod quidem nihil prohibet, ignoranti quid sit opti-

βέλτιον, ὦ Σώκρατες, ποτὲ δόξαν, ὅτε οἰηθεῖμεν καὶ τὸ κάκιστόν ποτε βέλτιον εἶναι· ἢ οὐκ ἂν δοκῇ σοι; ΑΛΚ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Εἰ οὖν παρελθὼν εἶσω, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐκεῖνον, ἀγνοήσαις τε καὶ οἰηθείης ἂν ἄλλον εἶναί τινα, ἆρ' ἔτι ἂν αὐτὸν τολμήσαις ἀποκτεῖναι; ΑΛΚ. Οὔ, μὰ τὸν Δία, οὐκ ἄν μοι δοκῶ. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ δή που τὸν συντυχόντα, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον ὃν ἠβούλου. ἦ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ εἰ πολλάκις [1] ἐγχειρεῖς, ἀεὶ δὲ [2] ἀγνοεῖς τὸν Περικλέα, ὁπότε [3] μέλλεις τοῦτο πράττειν, ποτὲ ἂν ἐπίθοιο αὐτῷ. ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Τί δέ, τὸν Ὀρέστην δοκῇς ἄν ποτε τῇ μητρὶ ἐπιθέσθαι, εἰ γε ὡσαύτως ἠγνόησεν; ΑΛΚ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ δή που ὑπ' ἐκεῖνος τὴν τυχοῦσαν γυναῖκα, οὐδὲ τὴν ὁτῳοῦν μητέρα διενοεῖτο ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ τὴν αὑτοῦ αὐτοῦ. ΑΛΚ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Ἀγνοεῖν ἄρα τά γε τοιαῦτα

mum, nimirum ut adsit interdum ea opinio, ut putes, quod est pessimum, nonnunquam optimum esse. Annon tibi videtur? ALC. Omnino quidem. SOC. Ergo si domum ingressus vidensque illum non tamen agnoscas, sed opineris alium esse, num ipsum interficeres? ALC. Non per Jovem, ut mihi videtur. SOC. Non enim quem sors offerret *interficeres*, sed quem statueras: nonne? ALC. Profecto. SOC. Ergo si frequenter coneris, semper autem ignorares Periclem esse, cum facinus aggrediare, unquam in eum irrueres? ALC. Nunquam. SOC. Oreſtem vero putas matri unquam manus illaturum fuisse, si eam pari modo ignorasset? ALC. Non arbitror. SOC. Neque enim ille quidem mulierem, quæcunque occurreret, nec cujuslibet matrem, sed suam duntaxat, necare decreverat. ALC. Sunt hæc vera. SOC. Itaque hominibus ita affectis atque in

1 F. ἐγχειροῖς — 2 F. ἀγνοεῖς — 3 F. μέλλοις. *Steph.*

βέλτιον τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ τοιαύτας δόξας ἔχουσι. ΑΛΚ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἡ ἔστιν ὧν γε ἄγνοια, καὶ ἔστιν οἷς, καὶ ἔχουσί πως, ἀγαθόν, ἀλλ' οὐ κακόν, ὥσπερ ἄρτι σοι ἐδόκει; ΑΛΚ. Ἔοικεν.

η'. ΣΩΚ. Ἔτι τοίνυν εἰ βούλει τὸ μετὰ τοῦτο ἐπισκοπεῖν, ἄδηλον ὄν, ἴσως ἄν σοι δόξειεν εἶναι. ΑΛΚ. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ὅτι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, κινδυνεύει τὸ γε τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν κτῆμα, ἐάν τις ἄνευ τοῦ βελτίστου κεκτημένος ᾖ, ὀλιγάκις μὲν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὰ πλείω τὸν ἔχοντα αὐτά. σκόπει δὲ ὧδε. ἆρ' οὖν ἀναγκαῖόν σοι δοκεῖ εἶναι, ὅταν τι μέλλωμεν ἢ τοι πράττειν ἢ λέγειν, οἰηθῆναι δεῖν πρῶτον ἡμᾶς εἰδέναι, ἢ τῷ ὄντι εἰδέναι, τοῦτο, ὃ ἂν πρᾴττειν ἢ λέγειν ἢ πράττειν; ΑΛΚ. Ἐμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οἱ ῥήτορες αὐτίκα, ἢ τοι εἰδότες συμβουλεύειν, ἢ οἰηθέντες εἰδέναι, συμβου-

iisdem opinionibus involutis, ignorare talia præstat. ALC. Videtur. SOC. Vides jam quod certa quædam ignorantia certis hominibus certo quodam modo disposítis bonum quoddam est, non autem, ut tibi videbatur, malum? ALC. Apparet.

8. SOC. Præterea si volueris, quod deinceps in medium afferetur, mirabile dictu, discutere, forte probabile tibi videbitur. ALC. Quid istud, O Socrates? SOC. Quod nempe videtur cæterarum omnium scientiarum possessio, nisi quis scientiam optimi simul nactus fuerit, raro quidem prodesse, obesse autem plerumque illi qui sit hujusmodi scientiis præditus: Sic autem considera; nonne necessarium tibi videtur, cum aliquid facturi vel dicturi simus, oportere nos prius vel putare nos id cognoscere, vel revera cognoscere, quod promptius agere & loqui debemus? ALC. Mihi plane videtur. SOC. Annon rhetores quod vel sciunt consulere, vel saltem scire se putant,

λεύσιν ἡμῖν ἑκάστοτε; ⟨Δ⟩ ἆ περὶ πολέμου τε καὶ εἰρήνης, οἱ δὲ περὶ τειχῶν οἰκοδομίας, ἢ καὶ λιμένων κατασκευῆς· ἐνὶ δὲ λόγῳ, ὅσα δή ποτε ἡ πόλις πράττει πρὸς ἄλλην πόλιν, ἢ αὐτὴ καθ' αὑτήν, ἆρ' ἄλλου τοῦ ῥητόρων συμβουλῆς πάντα γίγνεται; ΑΛΚ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ὁρᾷ τοίνυν καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἂν δυνηθῇς· καλεῖς γὰρ δή που φρονίμους τε καὶ ἄφρονας. ΑΛΚ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν σοὶ μὲν πολλοὺς ἄφρονας, τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους. ΑΛΚ. Οὕτω. ΣΩΚ. Οὐκοῦν πρός τι ἀποβλέπων, ἀμφοτέρους; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν τὸ τοιοῦδε συμβουλεύειν εἰδότα, χρηστὸν τὸ πότερον βέλτιον, ἢ ὅτε βέλτιον, φρόνιμον καλεῖς; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐδέ γε, οἶμαι, ὅστις τὸ πολεμεῖν αὐτὸ οἶδε, χρηστὸς δ' ὁπότε βέλτιον, ἢ τοσοῦτον χρόνον ὅσον βέλτιον. ἦ γάρ; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, ὃς δὲ εἴ τις τινὰ ἀποκτιννύναι οἶδεν, ὃς δὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι, καὶ φυγάδα ποιεῖν ἐκ πατρίδος, χρηστὸς δ' ὁπότε βέλτιον,

consulunt pro nobis passim, hi quidem de bello & pace, illi vero de mœnibus construendis, vel de portubus muniendis; &, ut summatim dicam, quicquid ipsa civitas agit adversus aliam civitatem, vel secum ipsa, rhetorum consilio perficit. ALC. Vera narras. SOC. Vide & quæ sequuntur, si *præstare* potuerim. Vocas enim aliquos prudentes, imprudentes alios. ALC. Voco. SOC. Et multos quidem imprudentes, prudentes vero paucos. ALC. Profecto. SOC. Nonne ad aliquid respiciens utrosque *nuncupas?* ALC. Imo. SOC. An eum qui ista consulere norit, nisi sciat docere utrum melius, & quando melius, prudentem dices? ALC. Nequaquam, SOC. Neque, ut arbitror, quicunque pugnare norit, ignoret tamen quando melius *sit*, & quousque melius *pugnare*. Sic est. SOC. Neque si quis quempiam interficere sciat, & pecuniis spoliare, ac exulem a patria facere, nisi sciat etiam,

καὶ ὃν τινα βέλτιον. ΑΛΚ. Οὐ μέντοι. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἆρα τὸ τοιούτων οἶδεν, ἐὰν μὲν πρέπηται ἡ τοῦ βελτίονος ὑπόθεσις, (αὐτὴ δ' ἦν ἡ αὐτὴ δή που ἥπερ καὶ ἡ τοῦ ἀφελίμου· ἢ γάρ; ΑΛΚ. Ναί.) ΣΩΚ. Φρόνιμόν γε αὐτὸν φήσομεν, καὶ ἱκανῶς ξύμβουλον καὶ αὐτὸν αὑτῷ καὶ τῇ πόλει· τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον, τἀναντία τούτων. ἢ πῶς δοκεῖ; ΑΛΚ. Ἐμοὶ μὲν οὕτω. ΣΩΚ. Τί δ', εἴ τις ἱππεύειν, ἢ τοξεύειν οἶδεν, ἢ αὖ πάλαιειν, ἢ πυκτεύειν, ἤ τι τῆς ἄλλης ἀγωνίας, ἢ καὶ ἄλλό τι τοῦ τοιούτων ὅσα τέχνῃ οἴδαμεν, τί καλεῖς, ὃς ἂν εἰδῇ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βέλτιον γιγνόμενον; ἆρ' οὐ τὸν κατὰ τὴν ἱππικήν, ἱππικόν; ΑΛΚ. Ἐγωγε. ΣΩΚ. Τὸν δέ γε (οἶμαι) κατὰ τὴν πυκτικήν, πυκτικόν; τὸν δὲ καθ' αὐλητικήν, αὐλητικόν; καὶ κατ' ἄλλα δή που ἀνάλογον τούτοις, ἢ ἄλλως πῶς; ΑΛΚ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτω. ΣΩΚ. Δοκεῖ οὖν σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν περὶ τούτων τί ὑπομνονα

quando, & quem, *ita afficere* melius fit. ALC. Minime. SOC. Quicunque igitur horum aliquid noverit, modo adsit etiam scientia optimi; (hæc autem eadem ac scientia utilitatis: nonne? ALC. Etiam.) SOC. Hunc ipsum prudentem dicemus, & sufficientem tum sibi tum patriæ consultorem; imprudentem vero, contra: quidnam tibi videtur? ALC. Idem & mihi. SOC. Quid autem si quis equitare aut sagittare sciat, vel palæstram vel pugillariam, vel aliud quodcunque certamen, aut aliud quicquam eorum quæcunque per artem novimus, quo nomine appellas eum qui intelligit quid in ejusmodi arte melius fiat? annon secundum equestrem artem, equitem; secundum pugillariam, pugilem; tibicinariam, tibicinem; atque in aliis eodem modo, an secus? ALC. Sic certe. SOC. Num tibi videtur, qui horum aliquid intelligit, vir prudens appellan-

ὄντα, ἆρα ἢ ἄνδρα φεύγιμον εἶ), ἢ πολλοῦ φήσομεν ἀνδεῖν; ΑΛΚ. Πολλοῦ μέν τοι νή Δία.

θ'. ΣΩΚ. Ποίαν οὖν οἴει πολιτείαν εἶ) τοξοτῶν τε ἀγαθῶν, καὶ αὐλητῶν, ἔτι δὲ ἢ ἀθλητῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν, ἀναμεμιγμένων δ' ἐν τοιούτοις οἷς ἄρτι εἰρήκαμεν τῶν τε αὐτὸ ὃ πολεμεῖν εἰδότων, καὶ αὐτὸ τὸ ἀποκτιννύναι· πρὸς δὲ, καὶ ἀνδρῶν πολιτικῶν πολιτικὸν φύσημα φυσώντων· ἁπάντων δὲ τούτων ὄντων ἄνευ τῆς τοῦ βελτίστου ἐπιστήμης, καὶ τοῦ εἰδότος ὁπότε βέλτιον ἐνὶ ἑκάστῳ τούτων χρῆσθαι, καὶ πρὸς πόλιν; ΑΛΚ. Φαύλην ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Φαίης γε ἄν, οἶμαι, ὁπόταν ὁρᾷς ἕνα ἕκαστον αὐτῶν φιλοτιμούμενόν τε καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν·

(λέγω δὲ τὸ καθ' αὑτὴν ἡ τέχνην βέλτιστον γιγνόμενον) ἢ ἢ τῇ πόλει τε καὶ αὐτὸν αὐτῷ, βελτίστου ὄντος, τὰ πολλὰ

dus? an longe adhuc abesse *a prudentia*? ALC. Longe, per Jovem.

9. SOC. Qualem igitur civitatem eam esse putabis, quæ ex peritis sagittariis & tibicinibus, athletisque, ac cæteris artificibus constet, cum sint insuper his quos diximus admisti ii qui militarem callent artem, & qui ad interficiendum prompti sunt, necnon homines politici fastu politico inflati, desit autem his omnibus optimi scientia, & qui norit quando, & contra quem, unoquoque illorum uti præstat? ALC. Ignobilem, O Socrates. SOC. Maxime hoc, ut arbitror, diceres, si quando cerneres unumquemque illorum ambitiosum, & plurimas sibi reipublicæ partes ad hoc occupantem,

Ut continuo ipse se superet,

(intelligo autem *per optimum* illud quod in ipsa arte est optimum) in eo vero quod sibi & reipublicæ optimum est, crebro hallucinan-

δημαρθηκότα, ἅτε, οἶμαι, ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευκότα. ὅπως δὲ τούτων ἐχόντων, ἆρ' οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν, φάντες πολλῆς ταραχῆς τε καὶ ἀνομίας μεστὴν εἶναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν; ΑΛΚ. Ὀρθῶς μέντοι νὴ Δία. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἐδόκει ἡμῖν εἶναι, οἰηθῆναι δεῖν πρῶτον ἡμᾶς εἰδέναι, ἢ πρὶν ὁντινοῦν εἰδέναι τοῦτο ὃ ἂν πρήγματος μέλλωμεν ἢ πράττειν ἢ λέγειν; ΑΛΚ. Εδοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶν μὲν πράξῃ ἄ τις οἶδεν, ἢ δοκεῖ εἰδέναι, παρέσεται δὴ τὸ ὠφελίμως καὶ λυσιτελούντως ἡμᾶς ἕξειν, καὶ τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὐτῷ; ΑΛΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἐὰν δέ γ', οἶμαι, τἀναντία τούτων, ἢ τῇ πόλει, ἢ τ' αὐτὸν αὐτῷ; ΑΛΚ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Τί δέ; νῦν ἔτι ὡσαύτως σοι δοκεῖ, ἢ ἄλλως πως; Οὐκ, ἀλλ' ὅπως. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἔφησθα καλεῖν τοὺς μὲν πολλοὺς ἄφρονας, τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους; ΑΛΚ. Ἐγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν φαμὲν πάλιν τοὺς πολλοὺς δημαρθηκέναι τῶν βελτίστου, ὡς τὰ πολλά γε (οἶμαι) ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευ-

tem; quippe qui opinioni ſine mente crediderit. Cum autem hæc ita ſe haberent, nonne recte diceremus hanc rempublicam tumultus quamplurimi & injuſtitiæ plenam eſſe? ALC. Recte per Jovem. SOC. Annon neceſſarium nobis viſum fuerit, primum quidem putare nos cognoſcere aut revera cognoſcere hoc quod prompte facturi dicturive ſumus? ALC. Viſum eſt. SOC. Nonne ſi quis agit quidem quod novit, aut noſſe ſe exiſtimat, ſequitur ut commode et utiliter agat & ſibi & reipublicæ? ALC. Quidni? SOC. Si contra vero, ut opinor, nec reipublicæ, nec ſibi? ALC. Ita eſt. SOC. Quid autem? num tibi adhuc ita videtur, an aliter? ALC. Non aliter. SOC. Dixiſtine ergo vocare te plures imprudentes, prudentes pauciores? ALC. Equidem. SOC. Dicimuſne iterum plures ab eo quod eſt optimum aberrare, utpote qui opinioni abſque mente, ut plurimum, conſenſe-

κότας; ΑΛΚ. Φαμὲν γάρ. ΣΩΚ. Λυσιτελεῖ ἄρα τοῖς πολλοῖς μήτε εἰδέναι μηδέν, μήτε οἴεσθαι εἰδέναι· εἰ δὲ γε μᾶλλον προθυμήσονται μὴ προσθεῖναι ταῦτα ἃ ἂν εἰδῶσιν, ἢ οἰηθῶσιν εἰδέναι· προσθέντες δή, βλάπτεσθαι τὰ πλείω μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι; ΑΛΚ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ι'. ΣΩΚ. Ὁρᾷς δὴ ὅτε γ' ἔφην, κινδυνεύει τὸν τὴν ἄλλων ἐπιστημῶν κτῆμα ἐάν τις ἄνδρ' ἕτερ βελτίστ' ἐπιστήμης κεκτημένῳ ᾖ, ὀλιγάκις μὲν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὰ πλείω τὸν ἔχοντα αὐτὸ, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι ὀρθῶς ἐφαινόμην λέγων; ΑΛΚ. Καὶ εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ νῦν μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Δεῖ ἄρα τὴν πόλιν καὶ ψυχὴν, τὴν μέλλουσαν ὀρθῶς βιώσεσθαι, ταύτης τ' ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἀσθενοῦντα ἰατροῦ, ἢ πλοῦ κυβερνήτου τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν, ὅσῳπερ ἂν μὴ πρόσθεν ἐπιθείσῃ τὸ τῆς ψυχῆς. ἄνευ γὰρ ταύτης, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν, ἢ σώματος ῥώμην, ἢ καὶ ἄλλό τι τοιοῦτον,

ferint? ALC. Diximus plane. SOC. Prodeſt igitur multis neque noſſe quicquam, neque putare ſe noſcere: ſiquidem promptiores erunt ad illa agenda, quæ vel cognoſcunt vel cognoſcere ſe opinantur; agentes autem, multo plus damni quam utilitatis ſibi inferent? ALC. Veriſſima loqueris.

10. SOC. Cum ergo dicebam reliquas omnes ſcientias, ſi abſit ſcientia optimi, obeſſe ſæpius quam prodeſſe poſſidenti, num recte loqui tibi videbar? ALC. Etſi tunc minime, nunc ſaltem, O Socrates. SOC. Oportet itaque civitatem & animam quæ recte victura ſit, hanc proculdubio amplecti ſcientiam; quemadmodum qui ægrotat, medicum; & qui ſine periculo navigare velit, gubernatorem: ſiquidem antea vento minus proſpero anima utetur. Nam ſive hac ſcientia, quod attinet ad divitias, vel corporis robur, aut aliud quicquam iſtiuſmodi, eo majora ex iis peccata com-

τοσόντο μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτοῦ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. ὁ δὴ τὴν καλουμένην πολυμάθειάν τε καὶ πολυτεχνίαν κεκτημένος, ὀρφανὸς ὢν ταύτης τῆς ἐπιστήμης, ἀγόμενος ὑπὸ μιᾶς ἑκάστης τῶν ἄλλων, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι δικαίως πολλῶν χειμώνων χρήσεται; ἆτ' οἶμαι ἄνδρὸς κυβερνήτου διαπεπλωκότος πέλαγος, χρόνον δὲ μακρὸν [1] βίου θεῶν. ὥστε ξυμβαίνειν μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὃ λέγει κατηγορῶν τινος, ὡς ἄρα πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δὲ (φησιν) ἠπίστατο πάντα. ΑΛΚ. Καὶ τί δή ποτε ξυμβαίνει τοῦτο τοῦ ποιητοῦ, ὦ Σώκρατες; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδ' ὁπῶν δοκεῖ πρὸς λόγον εἰρῆκέναι. ΣΩΚ. Καὶ μάλα γε πρὸς λόγον. ἀλλ' ἀνίτλει, ὦ βελτίστε, καὶ σύ, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ ποιηταὶ σχεδόν τι πάντες. ἔστι τε φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης, καὶ οὐ τοῦ προσυχόντος ἀνδρὸς γνωῖσαι. ἔπειτα, πρὸς τῇ φύσει τοιαύτῃ οὔσῃ, ὅταν λάβῃ ἀνδρὸς φθονεροῦ τε καὶ μὴ βουλομένου ἡμῖν ἐνδείκνυσθαι, ἀλλ' ἀποκρύπτεσθαι ὁτιμάλιστα τὴν αὑτοῦ σοφίαν,

mitti neceſſe eſt. Qui vero multiplici ſcientia, ut vocatur, multiſque artibus ornatus eſt, expers interim hujuſce ſcientiæ, nonne, cum ductus ſit a ſingulis aliis, merito multa tempeſtate jactabitur? quippe cum abſque gubernatore oberret in pelago non longum vitæ curſum peracturus. Adeo ut hic etiam videtur illud poetæ dictum obtinere, quo quendam vituperans inquit, multa quidem noverat: ſed male noverat omnia. ALC. At vero id poetæ dictum quorſum attinet, O Socrates? mihi enim nequaquam videtur propoſito noſtro congruere. SOC. Imo omnino congruerit; verum per ænigmata & hic & cæteri ferme omnes poetæ loquuntur; & eſt ipſa natura univerſa poeſis ænigmatica, nec eſt cujuſvis eam dignoſcere. Ad hanc illius naturam accedit, quod ſi quando inſit in homine invido, nec qui velit tam prompte ſapientiam ſuam nobis oſtendere quam eam retinere, mirum eſt

1 F. βίου θέων. *Steph.*

ὥσπερ φῶς δὴ τὸ χρῆμα ὡς δύσγνωστον φαίνεῖ. ὅ, τί ποτε νοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν. Οὐ γὰρ δή που Ὁμήρου γε τοῦ θειοτάτου ποιητῶν ἀγνοεῖν δοκεῖς, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἦν ἐπίστασθαι κακῶς. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ λέγων τὸν Μαργίτην Πολλὰ μὲν ἐπίστασθαι, κακῶς δὲ (φησι) πάντα ἐπίστασθαι. Ἀλλ' αἰνίττεται, οἶμαι, τῷ λόγῳ τὸ Κακῶς μὴ, ἀντὶ τοῦ Κακοῦ· τὸ δὲ Ἠπίστατο, ἀντὶ τοῦ Ἐπίστασθαι. γίγνεῖ δὲ σωτηθὲν ἐξ ὧν μὲν τοῦ μέτρου, ἓπτὰ δὲ ὅ, τι βούλεται, Ὡς πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακὸν δὲ ἦν αὐτῷ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα. δῆλον οὖν ὅτι εἴπερ ἦν αὐτῷ κακὸν τὸ πολλὰ εἰδέναι, φαῦλός τις ὢν ἐτύγχανεν· εἴπερ γε πιστεύειν δεῖ τοῖς προειρημένοις λόγοις. ΑΛΚ. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ἢ χαλεπῶς γ' ἂν ἄλλοις ποτὲ πιστεύσαιμι λόγοις, εἴπερ μηδὲ τούτοις. ΣΩΚ. Καὶ ὀρθῶς γέ σοι δοκεῖ.

ια'. Ἀλλὰ φέρε πρὸς Διός· (ὁρᾷς γὰρ δή που τὴν ἀπορίαν, ὅσην τε καὶ οἵαν. ταύτης δέ μοι δοκεῖς καὶ σὺ κεκοινωνη-

quam difficile cognitu ſit quid quiſque eorum ſenſerit. Neque enim Homerum diviniſſimum *omnium* Poetam ignoraſſe putes, quod ſcire male impoſſibile ſit: ipſe enim eſt qui inquit Margitem Multa quidem ſcire, male autem ſcire omnia. Sed ænigmate ſenſum occultat, ut arbitror, Male pro Malum ponens, Scit autem pro Scire; unde conſtructio quædam extra carminis menſuram conficitur, ſenſum conſtituens hujuſmodi; Multa quidem ſcivit, ſed malum fuit illi hæc omnia ſcire. Patet igitur quod ſi erat illi malum multa ſcire, ipſe quoque malus erat; ſi qua fides ſupra dictis ſermonibus adhibenda ſit. A L C. Mihi certe videtur, O Socrates. Vix enim aliis quibuſlibet verbis crederem, niſi iis *credam*. SOC. Et recte quidem tibi videtur.

11. Sed age per Jovem; (vides enim in quas & quantas anguſtias redactus ſum, in quibus et tu ipſe verſari videris; ſurſum enim deorſumque jac-

κέναι, μεταβαλλόμενόν γέ τοι ἄνω καὶ κάτω δὴ ὁπῇ ποτὲ παίῃ, ἀλλ' ὅπερ ἂν μάλιστά σοι δόξῃ, τοῦτο καὶ ἐκδεδυκέναι αὖ, καὶ δικέπι ὡσαύτως δοκεῖν') εἰ δή σοι γέ τι καὶ νῦν ἐμφανὴς ἰόντος ὁ θεὸς πρὸς ὃν τυγχάνεις πορευόμενος, ἐρωτήσειε πρὶν ὁπῇ εὔξασθαί σε, εἰ ἐξαρκέσει σοι ἐκείνων τὰ γενέσθαι, ὥσπερ καὶ ἐν ἀρχῇ ἐλέγετο, εἴτε καὶ αὖθίς σοι ὀπτέον εἴη εὔξασθαι, τί ποτ' ἂν οἴει, ἢ τοῦδε παρ' ἐκείνου διδομένων λαμβάνων, ἢ αὐτὸς εὐξάμενος ἰέναι, τὸν καιρὸν τυχεῖν; ΑΛΚ. Ἀλλὰ μὰ τοὺς θεοὺς ἔγωγε μὰ Δία οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μάρτυρόν τί μοι δοκεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἀληθῶς πολλῆς φυλακῆς, ὅπως μή λήσει τὸν αὐτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά, ἔπειτ' ὀλίγον ὕστερον, (ὅπερ καὶ σὺ ἔλεγες) παλινῳδεῖ ἀνευχόμενος ἅττα τοπρῶτον εὔξῃ. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὐκ οἰσθά τι πλεῖον ἡμῶν ὁ ποιητὴς, ὃν καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦτον ἐπεμνήσθην, τὰ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν ἐκέλευσεν; ΑΛΚ. Ἐμοὶ μέν τοι δοκεῖ. ΣΩΚ. Τοῦτον

tatus nuſquam ſane conſiſtis, ſed quod olim aſſeveraveris, deinceps damnare, nec eandem opinionem ſemper tenere) ſi forte Deus, quem oraturus accedis, oculis ſeſe tuis objiciens, antequam voveas, ita te roget, an tibi aliquid ex iis quæ in principio dicta ſunt, habere ſatis ſit, vel tibi licentiam præſtet quod libeat poſtulandi, quidnam vel illo dante acceptum, vel ipſe precando adeptus, voti compotem *te* factum putares? ALC. Per Deos, O Socrates, quid reſpondeam non habeo: ſed inſanum quiddam mihi videtur temere Deum precari, ac diligenter conſiderandum ne quis ſeipſum fallat, mala petens dum bona ſe putat orare, ac paulo poſt, ut tu dicebas, ad contraria vota ſe transferat. SOC. Nonne ergo prudentior nobis Poeta, cujus in principio diſputationis mentionem fecimus, qui precabatur mala etiam ab orantibus avertere? ALC. Mihi videtur. SOC. Lacedæmonii

1 F. εἰ ἔν σοί γ' ἔτι καὶ νῦν. *Steph.*

μὴ τοίνυν, ὦ Αλκιβιάδη, ἢ Λακεδαιμόνιοι τὸν ποιητὴν ἐζηλωκότες, εἴτε ἢ αὐτοὶ ὥτως ἐπεσκεμμένοι, & ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ ἐκάστοτε τὴν πλησίαν εὐχὴν εὐχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὐ σφίσιν αὐτοῖς· πλεῖον δ' ἂν εἰδείης ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειε. τοιγαροῦν εἰς τὸ παρῆκον ἅπαν χρόνου ἢ ἀνθρώπων εὐτυχεῖς εἰσιν ἄνθρωποι. εἰ δ' ἄρα καὶ συμβέβηκεν αὐτοῖς ὥστε μὴ πάντα εὐτυχεῖν, ἀλλ' ἢ ἀφ' ἑαυτῶν ἐκείνων εὐχήν· ἐπὶ τοῖς θεοῖς δ' ὅσην οἶμαι, ὥστε ἢ διδόναι ἄττ' ἂν τις εὐχόμενος τυγχάνῃ, ἢ τἀναντία τούτων.

ιβ'. Βούλομαι δέ σοι ἢ ἕτερόν τι διηγήσασθαι, ὅ ποτε ἤκουσα πρεσβυτέρων τινῶν, ὡς Αθηναίοις ἢ Λακεδαιμονίοις διαφορᾶς γιγνομένης, συνέβαινεν αἰεὶ τῇ πόλει ἡμῶν, ὅστε ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν ὁπόταν μάχη γίγνοιτο δυσχεῖν, ἢ μηδέποτε δύνασθαι κρατῆσαι· τοὺς οὖν Αθηναίους ἀγανακτοῦντας τῷ πράγματι, ἢ ἀπορουμένους τίνι χρὴ μηχανῇ τῶν παρόντων κακῶν ἀπορροπὴν εὑρεῖν, βουλομένοις αὐτοῖς

itaque, O Alcibiades, ſive hunc Poetam æmulantes, ſeu ex ſeipſis animadvertentes, ejuſmodi votum tam privatim quam publice ſervant, orantes Deos pulcra cum bonis ſibi tribuere, nec plura illos precari quis audiverit. Quare huc uſque nihilo minus quam cæteri felices fuerunt. Si quid autem illis unquam minus proſpere ſucceſſit, non eſt precatio illorum in cauſa, quandoquidem in Deorum poteſtate, ut arbitror, ſitum eſt, quæ precamur tribuere, vel contra.

12. Volo inſuper aliud quiddam tibi referre, quod aliquando a ſenioribus quibuſdam accepi; Nempe ſemper civitati noſtræ accidiſſe, ut quotieſcunque bellum Athenienſes cum Lacedæmoniis gererent, noſtri tum terra tum mari infelices eſſent, nec victores unquam redirent. Qua re indignatos Athenienſes, cum neſcirent qua arte tantam calamitatem

δοκεῖν κράτιστον εἶ), πέμψαντας πρὸς Ἄμμωνα, ἐκεῖνον ἐπερωτᾶν. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τάδε, καὶ ἀνθ' ὅτου ποτὲ Λακεδαιμονίοις οἱ θεοὶ μᾶλλον νίκην διδόασιν ἢ σφίσιν αὐτοῖς. οἱ πλείστας (φάναι) μὲν θυσίας καὶ καλλίστας τῷ Ἑλλήνων ἄγομεν, ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῷ ὡς ὐδένες ἄλλοι, πομπάς τε πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας ἐπορεύμεθα τοῖς θεοῖς ἀεὶ ἔκαστον ἔτος, καὶ ἐτελέμεν χρήματα ὅσα ὐδ' ἂν ἄλλοι ξύμπαντες Ἕλληνες. Λακεδαιμονίοις δὲ (φάναι) ὐδέποτ' ἐμέλησεν ὐδὲν τούτων, ἀλλ' ὅπως ὀλιγώρως ἔχοιεν πρὸς τοὺς θεούς, ὥστε καὶ ἀνάπηρα θύσιν ἑκάστοτε, καὶ τἆλλα πάντα οὐκ ὀλίγῳ ἐλάττους πομπῶν ἢπερ ἡμεῖς, ὐδὲν ἐλάττω χρήματα κεκτημένοι ἢ ἡμετέρας πόλεως. ἐπειδὴ εἰρηκέναι ταῦτά τε, καὶ ἐπερωτῆσαι, Τί χρὴ πρᾶττοντας αὐτοὺς τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγῆναι εὐρεῖν· ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκρίνασθαι ἢ πρᾶξαι τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν δηλον-

averterent, decreviſſe Ammonem conſulere, atque inſuper quærere, quam ob cauſam Dii Lacedæmoniis potius quam Athenienſibus victoriam largirentur, cum ipſi tamen, ut aiebant, ſacrificia tum plura, tum pulcriora quam reliqui Græcorum offerrent, donis templa ſic ornantes ut nulli alii, pompaſque quotannis ſumptuoſiſſimas & auguſtiſſimas celebrantes, & pecunias erogantes, quantas ne Græci quidem cæteri univerſi; cum tamen Lacedæmoniis nulla eſſet iſtorum cura, ſed adeo ii circa divinum cultum negligentes eſſent, ut animalia mutilata paſſim mactarent, & in aliis omnibus ceremoniis longe admodum parciores eſſent quam Athenienſes, cum tamen reditus nihilo minores quam noſtra civitas poſſiderent. Poſteaquam hæc dixiſſent nuntii, & inſuper interrogarent quo pacto a præſenti calamitate liberari poſſent, nihil aliud ad hæc vatem reſpondiſſe: (Deum

ὅπ) καλέσαντα δὲ αὐτὸν Αθηναίους φάναι, Τάδε λέγει Αμμων· φησὶν ἂν βέλεσθαι αὐτῷ τῷ Λακεδαιμονίων εὐφημίαν ἢ μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ελλήνων ἱερά. τοσαῦτα εἰπεῖν, ἀκέπω περαιτέρω. τῷ γοιῶ εὐφημίαν ὀκ ἄλλω τινά μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεὸς, ἢ τῷ εὐχῷ αὐτῶν. ἔτι γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι Ελληνες, οἱ μὲν χρυσόκερως βῶς πομπεύσαμενοι, ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεούς, εὔχονται ἅτ' ἂν τύχη ταῦτα, ἐάν τε ἀγαθά, ἐάν τε κακά. βλασφημούντων ὧν αὐτῶν ἀκούοντες οἱ θεοὶ, οὐκ ἀποδέχονται τοὺς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας. ἀλλὰ δοκεῖ μοι πολλῆς φυλακῆς δεῖσθαι καὶ σκέψεως, ὅ, τι ποτὲ ῥητέον ἐστὶ καὶ μή. εὑρήσεις δὲ καὶ παρ' Ομήρῳ ἕτερα πολλὰ τοῖς εἰρημένα. φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας ἐπαυλίζεσθαι,

enim non permisisse) accersitis vero Athenienſibus, in hunc modum fuisse locutum, Hæc dicit Ammo; placere ſibi magis Lacedæmoniorum precationem fauſtam quam reliquorum Græcorum ſacra omnia: nec plura iis reſpondiſſe. Precationem fauſtam vero nullam prorſus aliam Deus mihi dixiſſe videtur, quam illorum preces: etenim revera permultum illæ a cæteris differunt. Reliqui enim Græci partim auratis cornubus boves ſiſtentes, partim donariis egregiis Deos ornantes, quæcunque occurrunt, ſeu bona ſive mala, ab iis petunt. Dii vero, cum illos mala imprecantes audiunt, ditiſſimas haſce pompas & ſacrificia non acceptant. Quamobrem diligenter conſiderandum mihi videtur, quid dicendum ſit quidve non dicendum. Invenies autem apud Homerum dicta alia horum ſimilia. Ait enim Trojanos, cum caſtra ſuburbana facerent,

Ἕρδειν ἀθανάτοισι τελείους ἑκατόμβας.
τὴν δ' κνίσαν οὐκ ἔθ' ὑπὸ τοὺς ἀνέμους φέρειν
——— οὐρανὸν εἴσω
Ἡδεῖαν, ἣ δ' ὅπ θεοὺς μάκαρας δατέεσθαι,
Οὐδ' ἐθέλειν, μάλα γὰρ σφιν ἀπήχθετο Ἰλιος ἱρή,
Καὶ Πείραμος, καὶ λαὸς ἐυμμελίω Πριάμοιο.
Ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς τοιοῦτον ἦν θύειν τε καὶ δῶρα τελεῖν μάτην, θεοῖς ἀπηχθημένοις. ὁ γὰρ (οἶμαι) τοιοῦτόν ἐστι θεῶν, οἷος ἐστὶ δώρων ἀποδέκτης, οἷον κακὸν τοκιστήν. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς εὐήθη λόγον λέγομεν, ἀξιοῦντες Λακεδαιμονίων ταύτην τιμὴν εἶναι. καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ τοὺς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέψουσιν ἡμῖν ὦ θεοί, ἀλλὰ μὴ τοὺς τὴν ψυχὴν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. πολλῷ μᾶλλον (οἶμαι,) ἢ τοὺς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας, ἃς ὅδε κωλύει, πολλὰ μὲν εἰς θεοὺς πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας, καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν,

Dicare Diis immortalibus perfectas Hecatombas;
ventos autem nidorem ex littore ferre
— usque ad cœlum
Suavem, sed beatos Deos illo minime vesci,
Nec voluisse, valde enim iis odio erat sacrum Ilion,
Et Priamus & Priami bellicosi populus.

Itaque nil Trojanis proderat, cum adversos Deos haberent, sacra ac munera temere iis offerre. Neque enim, ut opinor, ejusmodi est Dei natura, ut ducatur muneribus, quemadmodum improbus fœnerator. Sed nos nimium deliramus, si quando nos Lacedæmoniis propter munera præstare velimus. Etenim grave esset, si Deus ad donaria & sacrificia nostra respiceret potius quam ad animum, utrum justus sanctusque sit. Imo, multo magis, ut puto, *ad animum* quam ad has sumptuosas pompas atque sacra, quæ facile quisquam, qui multa in Deum hominesque peccaverit, seu pri-

ἔχειν [1] ἂν ἕκαστον ἑτῷ τελεῖν. Ὦ ἦ, ἅτε γε δωροδόκοι ὄντες, καταφρονοῦσιν ἁπάντων τούτων, ὡς φησιν ὁ θεὸς καὶ θεῶν προφήτης. κινδυνεύει γὰρ καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις, τοῖς νοῦν ἔχουσι, δικαιοσύνη τε καὶ φρόνησις πλεῖστον τιμᾶσθαι. φρόνιμοι δὲ καὶ δίκαιοι, οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν, ἢ τοῦ εἰδότων ἃ δεῖ πράττειν καὶ λέγειν καὶ περὶ θεοὺς καὶ περὶ ἀνθρώπους. βουλοίμην δ' ἂν καὶ σὲ σοφὸν εἶναι, ὅ, τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις περὶ ταῦτα. ΑΛΚ. Ἀλλ' ἐμοὶ μέν, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἄλλη πῃ δοκεῖ, ἢ ἥπερ σοί τε καὶ τῷ θεῷ. ὥστε γάρ ἂν εἰκὸς εἴη, ἀντίψηφον ἐμὲ τῷ θεῷ γίγνεσθαι. ΣΩΚ. Οὐκοῦν μέμνησαι ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ φάσκων εἶναι, ὅπως μὴ λάθοις σεαυτὸν εὐχόμενος κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά; ΑΛΚ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ὁρᾷς οὖν ὡς οὐκ ἀσφαλές σοι ἔτι ἐλθεῖν πρὸς τὸν θεὸν εὐξόμενον, ἵνα μὴ δ' ἂν ὕτω τύχῃ, βλασφημοῦντός σε ἀκούων, ὀδὲν ἀποδέξηται τῆς θυσίας ταύτης, τυχὸν δὲ καὶ ἕτερόν τι προσαπο-

vatus sit, sive respublica, singulis annis perfecerit. Ii vero, utpote muneribus non corrupti, spernunt hæc omnia, ut Deus Deorumque vates prædixit. Videtur ergo, & apud Deos & apud homines sanæ mentis, justitiam & prudentiam præcipue honorari. Prudentes autem justique sunt, qui sciunt quæ erga Deum & homines & agere & dicere deceat. Cupio tamen ex te audire, si quid habeas contra dicendum. ALC. Mihi vero, O Socrates, haud secus [quam tibi ac Deo videtur: neque enim fas esset a Deo me dissentire. SOC. Recordaris ergo dixisse te in plurima dubitatione versari, ne imprudens mala precatus fueris, cum bona videreris precari. ALC. Memini. SOC. Videsne igitur non satis tutum tibi esse ad orandum pergere, ne quando te Deus audiens mala imprecantem, ista tua sacrificia renuat, aliud vero quiddam insuper mali reportes? Mihi ergo videtur operæ pre-

1 F. ἀν' ἕκαστον. *Steph.*

λαύσης. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ κράτιστον εἶναι, ἡσυχίαν ἔχειν. τῇ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων εὐχῇ, διὰ τὸ μεγαλοψυχίαν (τοῦτο γὰρ κάλλιστον τῶν ὀνομάτων) οὐκ ἂν οἶμαί σε ἐθέλειν χρῆσθαι. ἀναγκαῖον δὲ ἐστὶ σκοπεῖν, ἕως ἄν τις μάθῃ ὡς δεῖ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους διακεῖσθαι.

ιγ'. ΑΛΚ. Πότε δὲ παρέσται ὁ χρόνος οὗτος, ὦ Σώκρατες, καὶ τίς ὁ παιδεύσων; ἥδιστα γὰρ ἄν μοι δοκῶ ἰδεῖν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τίς ἐστιν. ΣΩΚ. Οὗτος ἐστιν, ᾧ μέλει σοῦ. ἀλλὰ δοκεῖ μοι, ὥσπερ τῷ Διομήδει φησὶ τὴν Ἀθηνᾶν Ὅμηρος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφελεῖν τὴν ἀχλύν,

Ὄφρ' εὖ γιγνώσκοι ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα,

οὕτω καὶ σὲ δεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρῶτον ἀφελόντα τὴν ἀχλύν, ἣ νῦν πρόσεστι τυγχάνει, τοσαυτηνικαῦτ' ἤδη παρασκευάζειν δι' ὧν μέλλεις γνώσεσθαι ἡμῖν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν. νῦν μὲν

tium esse quietem agere: nam oratione Lacedæmoniorum propter magnanimitatem tuam (id enim nomen honestissimum est omnium, quibus insipientia significatur) non existimo uti te velle. Quare necesse est expectare, donec discas quemadmodum te tum erga Deos tum erga homines gerere deceat.

13. ALC. Quando futurus est, O Socrates, ille dies, & quis præcepturus? Jucundissime enim hunc hominem, cujusmodi sit, aspexerim. SOC. Talis est, qualis tui curam habeat. Verum mihi videtur, quemadmodum Diomedi Minervam inquit Homerus ab oculis nebulam abstulisse,

Ut discerneret Deum ab homine,

sic & ab animo tuo prius oportere caliginem, qua nunc offenditur, auferre, deinde illa proprius admovere, per quæ, seu bonum quid sit sive malum, dignoscas: nunc enim impos

γὰρ οὐκ ἄν μοι δοκῆς δυνηθῆναι. ΑΛΚ. Ἀφαιρείτω εἴτε βόλεται τὴν ἀχλύν, εἴτε ἄλλό τ' ὡς ἐγὼ παρεσκεύασμαι, μηδὲν ἂν φόβον τὸν ὑπ' ἐκείνου προσπαθόμενον, ὅς τίς ποτ' ὀπὴν ὁ ἄνθρωπος, εἴγε μέλλοιμι βελτίων γενέσθαι. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θαυμαστὴν ὅσην τὴν σὲ προθυμίαν ἔχει. ΑΛΚ. Εἰς τότε τοίνυν καὶ τὴν θυσίαν ἀναβάλλεσθαι, κράτιστον εἶναί μοι δοκεῖ. ΣΩΚ. Καὶ ὀρθῶς γέ σοι δοκεῖ. ἀσφαλέστερον γάρ ἐστιν, ἢ προκινδυνεύειν τοσοῦτον κίνδυνον. ΑΛΚ. Ἀλλὰ πῶς, ὦ Σώκρατες; καὶ μὴν τουτονὶ τὸν στέφανον, ἐπειδή μοι δοκεῖς καλῶς συμβεβουλευκέναι, σοὶ προσθήσω· τοῖς θεοῖς δὲ, καὶ στέφανος, καὶ τἄλλα πάντα τὰ νομιζόμενα τότε δώσομεν, ὅταν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐλθοῦσαν ἴδωμεν· ἥξει δ' οὐ μακρὰν, τοῦτον γε λόγον. ΣΩΚ. Ἀλλὰ δέχομαι καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλο δὲ ἀντὶ τούτου σοῦ δοθέντων ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν· ὥσπερ

esse videris: ALC. Auferat, seu nebulam ille velit, sive quodcunque aliud. Etenim paratus sum nihil penitus prætermittere, quod ille præceperit, quisquis denique sit, modo ipse sim melior evasurus. SOC. Atqui ille mirum in modum tibi providet. ALC. In illud itaque tempus hoc sacrificium differre optimum fore censeo. SOC. Et recte quidem censes: tutius enim est quam tanto periculo te subjicere. ALC. Sic est, O Socrates. Interea tamen quoniam mihi boni consuluisse videris, hanc tibi coronam imponam. Diis autem & coronas, & reliqua omnia quæcunque decet, tunc demum offeremus, cum diem illam adventasse cognovero. Adventabit autem quamprimum, Diis volentibus. SOC. Accipio & hoc, & aliud quiddam loco eorum quæ mihi abs te data sunt libenter acceperim. Quemadmodum vero Creon apud Eu-

δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεπίνται Ⓐ Τειρεσίαν ἰδὼν ἔχοντα τὰ τέφη, καὶ ἀκούσας ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὴν τέχνην,

Οἰωνὸν ἐθέμην (φησὶ) καλλίνικα τέφη,
Ἐν ὠλέναις κλύδωνι διακείμεθα, ὥσπερ οἶσθα σύ· 5
οὕτω δὴ καγὼ τῷδε σὴν τὴν δόξαν ταύτην οἰωνὸν τίθεμαι.
δοκεῖ δέ μοι οὐκ ἐν ἐλάττονι κλύδωνι τῷ Κρέοντι εἶναι, καὶ βλοίμην ἂν καλλίνικος γενέσθαι τῶν ἑταίρων.

ripidem videns Tireſiam coronatum, et audiens eum primitias propter artem *ſuam* ab hoſtibus accepiſſe, ait,

Augurium eſſe ducebam triumphales coronas,
In tempeſtate enim verſamur,
ut ipſe noſti;

ſic & ego hanc ſententiam tuam augurii loco habeo. Videor autem mihi non minori quam Creon tempeſtate jactari, ſtudeoque omnium amicorum tuorum victor abire.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΙΠΠΑΡΧΟΣ

Η ΦΙΛΟΚΕΡΔΗΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΑΡΧΟΣ.

ΤΙ γὰρ τὸ φιλοκερδὲς, τί ποτέ ἐστι; καὶ τίνες οἱ φιλοκερδεῖς; ΙΠ. Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν οἱ ἂν κερδαίνειν ἀξιώσωσιν ἀπὸ τῶν μηδενὸς ἀξίων. ΣΩΚ. Πότερον οὖν σοι δοκοῦσι, γινώσκοντες ὅτι οὐδενός ἐστιν ἄξια, ἢ ἀγνοοῦντες; εἰ γὰρ ἀγνοοῦντες, ἀνοήτους λέγεις τοὺς φιλοκερδεῖς. ΙΠ. Ἀλλ' οὐκ ἀνοήτους λέγω, ἀλλὰ πανούργους καὶ πονηρούς, καὶ ἥττους τοῦ κέρδους, γιγνώσκοντας ὅτι οὐδενὸς

PLATONIS

HIPPARCHUS

SIVE

LUCRI STUDIOSUS.

SOCRATES, HIPPARCHUS.

QUID est lucri studium, quid tandem est? & qui sunt lucri studiosi? HIP. Mihi quidem esse videntur hi, qui ex rebus nullius pretii lucrari cupiunt. SOC. Num esse tibi videntur, scientes quod nullius pretii sint illa, aut ignorantes? Si enim ignorantes sunt, dementes dicis lucri studiosos. HIP. At non dementes dico, sed versutos, & improbos, & lucro inferiores, qui sciunt quod nullius pretii sint

ἄξιά ἐστιν ἀφ' ὧν τολμᾶσι κερδαίνειν, ὁμως τολμᾶν φιλοκερδεῖν δι' ἀναισχυντίαν. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν τοιόνδε λέγεις τὸν φιλοκερδῆ, οἷον ἐὰν φυτεύων γεωργὸς ἀνὴρ, καὶ γιγνώσκων ὅτι οὐδενὸς ἄξιον τὸ φυτὸν, ἀξιοῖ ἀπὸ τούτου ἐπτερωφέντος κερδαίνειν; ἆρα τοιοῦτον αὐτὸν λέγεις; ΙΠ. Ἀπὸ παντὸς ὅ γε φιλοκερδὴς, ὦ Σώκρατες, οἴεται δεῖν κερδαίνειν. ΣΩΚ. Μή μοι ὕστως εἰκῇ, ὥσπερ τι ἠδικημένῳ ὑπό τινος, ἀλλὰ προσέχων ἐμοὶ τὸν νοῦν, ἀπόκριναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἐξαρχῆς πάλιν ἠρώτων. οὐχὶ ὁμολογεῖς τὸν φιλοκερδῆ ἐπιθυμητὴν εἶναι τῆς ἀξίας τούτου, ὅθεν κερδαίνειν ἀξιοῖ; ΙΠ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τίς οὖν ἐπιθυμητὴς ἐστὶ φυτῶν τῆς ἀξίας, ἐν ὁποίᾳ ἄξια φυτεύθηναι καὶ χώρᾳ καὶ ὥρᾳ; ἵνα τί καὶ ἡμεῖς τῶν σοφῶν ῥημάτων ἐκβάλωμεν, ὧν οἱ δεξιοὶ περὶ τὰς δίκας καλλιεποῦνται. ΙΠ. Ἐγὼ μὲν οἶμαι γεωργόν. ΣΩΚ. Τὸ οὖν [1] ἄξιον κερδαίνειν ἄλλο

ea ex quibus lucrari audent, & tamen propter impudentiam lucrum amplecti audent. SOC. Num talem dicis lucri ſtudioſum, velut ſi agricola plantans, & ſciens nullius pretii plantam eſſe, cupiat tamen ex hac enata lucrari, num talem ipſum dicis? HIP. Ex quavis re putat lucri ſtudioſus, O Socrates, lucrari oportere. SOC. Ne mihi ita temere, velut qui ab aliquo injuria affectus ſis, ſed mentem mihi advertens, reſponde, quemadmodum ſi ab initio rurſus interrogem. Nonne confiteris lucri ſtudioſum ſcientem eſſe pretii ejus rei, unde lucrari cupit? HIP. Ego ſane confiteor. SOC. Quis igitur eſt qui novit plantarum pretium, in quali & regione & tempore pro dignitate plantari oporteat? ut nos etiam aliquid ſapientium illorum verborum ejiciamus, quorum elegantia inſignes illi cauſidici ſe venditant. HIP. Ego quidem agricolam eſſe arbitror. SOC. Illud igitur, Velle lucrari,

1 F. ἀξιῶν.

τι λέγεις, ἢ οἴεσθαι δεῖν κερδαίνειν; ΙΠ. Τοῦτο λέγω. ΣΩΚ. Μὴ τοίνυν ἐπιχείρῃ με ἐξαπατᾶν, ἄνδρα πρεσβύτερον ἤδη, ὅτῳ νέος ὤν, ἀποκεινόμενος ὥσπερ νῦν δὴ ἃ αὐτὸς οἴει, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς, εἴπερ ἔστιν, ὄντινα οἴει γεωργικὸν ἄνδρα γιγνόμενον, ἢ γιγνώσκοντα ὅτι ἀδενὸς ἄξιον φυτεύει τὸ φυτόν, οἴεσθαι ἀπὸ τούτου κερδαίνειν; ΙΠ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δέ; ἱππικὸν ἄνδρα γιγνώσκοντα ὅτι ἀδενὸς ἄξια σιτία τῷ ἵππῳ παρέχει, ἀγνοεῖν αὐτὸν οἴει, ὅτι τὸν ἵππον ἀπολλύει; ΙΠ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα οἴεταί γε ἀπὸ τούτων κερδαίνειν τοῦ σιτίου τοῦ μηδενὸς ἀξίου. ΙΠ. Οὐχί. ΣΩΚ. Τί δέ; κυβερνήτην μηδενὸς ἄξια πηδάλια καὶ ἱστία τῇ νηὶ ἁρμοσάμενον, ἀγνοεῖν οἴει ὅτι ζημιωθήσεται, καὶ κινδυνεύσει καὶ αὐτὸς ἀπολέσθαι καὶ τὴν ναῦν ἀπολέσαι, καὶ ἃ ἂν ἄγῃ πάντα; ΙΠ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα οἴεταί γε κερδαίνειν ἀπὸ τῶν σκευῶν τοῦ μηδενὸς ἀξίων.

aliud dicis quam putare lucrari ſe oportere? HIP. Hoc dico. SOC. Ne itaque decipere coneris me virum ſeniorem jam, cum tu ita juvenis ſis, reſpondendo, velut nunc, ea quæ neque ipſe putas, ſed ſincere, utrum *necne* ſit, quem agricolam eſſe putas, qui ſciat ſe nullius pretii plantare plantam, & putet tamen ex hac ſe lucrari? HIP. Per Jovem ego non puto. SOC. Quid vero? equitem qui ſciat quod pabulum nullius pretii equo præbeat, ignorare ipſum putas, quod equum perdit? HIP. Non ſane ego. SOC. Non ergo putat ab hoc nullius pretii pabulo ſe lucrari. HIP. Non. SOC. Quid vero gubernatorem qui gubernacula & vela nullius pretii ad navem paravit, ignorare putas quod damnum incurret, & periclitabitur ut & ipſe pereat, & navem perdat, eaque quæ vehit omnia? HIP. Non equidem puto. SOC. Non ergo putat ſe lucrari ex his nullius pretii

ΙΠ. Οὐ γάρ. ΣΩΚ. Ἀλλὰ στρατηγὸς, γιγνώσκων ὅτι ἡ στρατιὰ αὐτῷ ὠδενὸς ἄξια ὅπλα ἔχει, οἴεται ἀπὸ τούτων κερδαίνειν, καὶ ἀξιοῖ κερδαίνειν; ΙΠ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚ. Ἀλλ' αὐλητὴς αὐλοὺς ὠδενὸς ἀξίους ἔχων, ἢ κιθαριστὴς λύρας, ἢ τοξότης τόξον, ἢ ἄλλος ὁστισοῦν συλλήβδην τῶν δημιουργῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐμφρόνων ἀνδρῶν, μηδενὸς ἄξια ὄργανα ἢ ἄλλην παρασκευὴν ἠντιναοῦν ἔχων, ἀπὸ τούτων οἴεται κερδαίνειν; ΙΠ. Οὐκοῦν φαίνεταί γε.

β'. ΣΩΚ. Τίνας οὖν ποτε λέγεις τοὺς φιλοκερδεῖς; ὃ γὰρ δὴ πρώην τούτους γε ὡς διεληλύθαμεν, οἵτινες γιγνώσκοντες τὰ ὠδενὸς ἄξια, ἀπὸ τούτων οἴονται δεῖν κερδαίνειν; ἀλλ' οὕτω μέν, ὦ θαυμάσιε, ὡς σὺ λέγεις, οὐκ ἔστ' ἀνθρώπων ὠδεὶς φιλοκερδής. ΙΠ. Ἀλλ' ἐγώ, ὦ Σώκρατες, βούλομαι λέγειν τούτους φιλοκερδεῖς εἶναι, οἳ ἑκάστοτε σφόδρα ἀπλησίας καὶ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια ὡς ὠδενὸς γλίχονται ὑπερφυῶς, καὶ φιλοκερδῶσιν. ΣΩΚ. Οὐ δήπου, ὦ βέλτιστε,

instrumentis. HIP. Non sane. SOC. At exercitûs dux qui scit exercitum arma nullius pretii habere, ex his se lucrari putat, & lucrari cupit? HIP. Nequaquam. SOC. At tibicen qui tibias nullius pretii habeat, aut citharœdus lyram, aut sagittarius arcum, aut in summa alius quicunque opifex, aut rei cujusvis peritus, instrumenta aut aliam quamcunque suppellectilem nullius pretii habens, ex his se lucrari putat? HIP. Non apparet.

2. SOC. Quos igitur tandem dicis lucri studiosos? Non enim hi quos recensuimus, qui nullius pretii illa esse sciunt, ex his lucrari oportere putant. HIP. At hoc modo tu quoque, vir optime, dicis, nullus homo lucri studiosus est. Verum ego hos lucri studiosos esse dicere volo, qui præ inexplebili aviditate etiam valde parva, & exigui ac nullius pretii, immodice appetunt, & inde lucrum quærunt. SOC. Non tamen, O optime, hi sciunt, quod illa nul-

γιγνώσκοντες, ὅτι ὠφελοῦς ἄξιά ἐστι· τοῦτο μὲν γὰρ ἤδη ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ λόγῳ ἐξηλέγξαμεν, ὅτι ἀδύνατον. ΙΠ. Εμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰ μὴ γιγνώσκοντες, δῆλον ὅτι ἀγνοοῦντες, οἰόμενοι δὲ τὰ μηδενὸς ἄξια πολλοῦ ἄξια εἶ).

ΙΠ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Αλλό τι ἢν οἵγε φιλοκερδεῖς φιλοῦσι [1] τὸ κέρδος; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Κέρδος δὲ λέγεις ἐναντίον τῇ ζημίᾳ; ΙΠ. Εγωγε. ΣΩΚ. Εστιν ἢν ὅτῳ ἀγαθὸν ἐστι ζημιοῦσθαι; ΙΠ. Οὐδενί. ΣΩΚ. Αλλὰ κακόν; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Βλάπτουσι) ἄρα τοὺς ζημίας ἄνθρωπους; ΙΠ. Βλάπτονται. ΣΩΚ. Κακὸν ἄρα ἡ ζημία; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Εναντίον ἢ τῇ ζημίᾳ τὸ κέρδος; ΙΠ. Ενάντιον. ΣΩΚ. Αγαθὸν ἄρα τὸ κέρδος; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Τοὺς ἢν ὃ ἀγαθὸν φιλοῦντας φιλοκερδεῖς καλεῖς; ΙΠ. Εοικεν. ΣΩΚ. Οὐ μανικοὺς δέ, ὦ ἑταῖρε, λέγεις τοὺς φιλοκερδεῖς. ἀλλὰ σὺ αὐτὸς πότερον

lius pretii ſint. Eo enim jam nos ipſos adegimus, ut fieri non poſſe dixerimus. HIP. Mihi ſane videtur. SOC. Si igitur non ſciunt, certum eſt quod ignorant, verum putant ea, quæ nullius ſunt, multi pretii eſſe. HIP. Apparet. SOC. At lucri ſtudioſi amant lucrum? HIP. Etiam. SOC. Lucrum autem dicis contrarium damno? HIP. Ego ſane. SOC. Eſtne igitur quis cui bonum ſit damno affici? HIP. Nemo eſt. SOC. At malum eſt damno affici? HIP. Etiam. SOC. Læduntur ergo homines a damno? HIP. Læduntur. SOC. Malum ergo eſt damnum? HIP. Etiam. SOC. Contrarium autem damno eſt lucrum? HIP. Contrarium. SOC. Bonum igitur eſt lucrum? HIP. Etiam. SOC. Eos igitur qui bonum amant, vocas lucri ſtudioſos. HIP. Videtur. SOC. Non autem inſanos dicis, O amice, lucri ſtudioſos: at tu ipſe utrum amas quod bonum fuerit, aut

1 F. ἢ τὸ.

φιλεῖς ὃ ἂν ἀγαθὸν ᾖ, ἢ ὃ φιλεῖς; ΙΠ. Εγωγε. ΣΩΚ. Εστι δέ τι ἀγαθὸν ὃ ὃ φιλεῖς, ἀλλὰ κακόν; ΙΠ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Αλλὰ πάντα ἀγαθὰ ἴσως φιλεῖς; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Ερᾳ δὴ καὶ ἐμὲ, εἰ ὃ γε ἐγώ. ὁμολογήσω γὰρ ἔγωγε σοι φιλεῖν τὰ ἀγαθά. ἀλλὰ σοὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ, οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι πάντες ὃ δοκοῦσί σοι τἀγαθὰ φιλεῖν, τὰ δὲ κακὰ μισεῖν; ΙΠ. Εμοιγε φαίνεται. ΣΩΚ. Τὸ δὲ κέρδος ἀγαθὸν ὡμολογήσαμεν; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Πάντες οὖν φιλοκερδεῖς φαίνονται τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν δὲ, τοιοῦτοι ἐλέγομεν, ἀδεὲς ἦν φιλοκερδής. ποτέρῳ δὴ ἂν τις τῷ λόγῳ χρώμενος, οὐκ ἂν ἐξαμαρτάνοι; ΙΠ. Εἴ τις, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ὀρθῶς λαμβάνοι φιλοκερδῆ· ὀρθῶς δ' ἔχει τοῦτον ἡγεῖσθαι φιλοκερδῆ, ὃς ἂν σπουδάζοι ὅπως τούτοις καὶ ἀξιοὶ κερδαίνειν ἀπ' αὐτῶν, ἀφ' ὧν οἱ χρηστοὶ ὃ τολμῶσι κερδαίνειν.

non amas? HIP. Ego ſane amo. SOC. Eſtne bonum quicquam quod non amas, ſed malum? HIP. Per Jovem non ego. SOC. At omnia bona fortaſſis amas? HIP. Etiam. SOC. Interroga ſane etiam me, an non & ego. Fatebor enim & ego tibi, amare me bona. Imo præter me & te alii omnes homines nonne videntur tibi amare bona, & odio habere mala? HIP. Mihi ſane videntur. SOC. At lucrum bonum eſſe confeſſi ſumus? HIP. Etiam. SOC. Omnes igitur lucri ſtudioſi videntur hoc modo, quo ut prius, dicebamus, nullus erat lucri ſtudioſus. Utra igitur ratione quis utatur, ut non aberret? HIP. Si quis, O Socrates, recte accipiat lucri ſtudioſum: recte autem, arbitror, eum lucri ſtudioſum putabit, qui in his ſtudium ponit, & ab ipſis lucrari cupit, e quibus boni viri lucrari non audent.

γ'. ΣΩΚ. Αλλ' ὁρᾷς, ὦ γλυκύτατε, τὸ κερδαίνειν ἄρτι ὡμολογήσαμεν εἶ) ὠφελεῖσθαι; ΙΠ. Τί οὖν δὴ τοῦτο; ΣΩΚ. Οτι καὶ τόδε αὐτὸ προσωμολογήσαμεν, βούλεσθαι τὰ ἀγαθὰ ἅπαντας καὶ ἀεί. ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν δὲ οἱ ἀγαθοὶ πάντα τὰ κέρδη βούλονται ἔχειν, εἴπερ ἀγαθά γέ ἐστιν. ΙΠ. Οὐκ ἀφ' ὧν γε μέλλουσιν, ὦ Σώκρατες, βλαβήσεσθαι τῶν κερδῶν. ΣΩΚ. Βλαβήσεσθαι ἢ λέγεις ζημιώσεσθαι, ἢ ἄλλό τι; ΙΠ. Οὐκ, ἀλλα ζημιωθήσεσθαι λέγω. ΣΩΚ. Υπὸ δὲ κέρδους ἂν ζημιῶνται, ἢ ὑπὸ τῆς ζημίας, ἄνθρωποι; ΙΠ. Υπὸ ἀμφοτέρων. καὶ γὰρ ὑπὸ τῆς ζημίας ζημιοῦνται, καὶ ὑπὸ δὲ κέρδους δὲ πονηροῦ. ΣΩΚ. Εἰ δοκεῖ ἂν τί σοι χρηστὸν καὶ ἀγαθὸν πρᾶγμα, πονηρὸν εἶ); ΙΠ. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὡμολογήσαμεν ὀλίγον πρότερον ὃ κέρδος τῇ ζημίᾳ κακῷ ὄντι ἐναντίον εἶ); ΙΠ. Φημί. ΣΩΚ. Εναντίον δὲ κακῷ, ἀγαθὸν εἶναι; ΙΠ. Ωμολογήσαμεν γάρ.

3. SOC. At vides O suavissime, quæ jam confessi sumus, lucrari esse utilitatem capere? HIP. Quid tum postea? SOC. Quod etiam hoc ipsum insuper confessi sumus, omnes & semper bona velle. HIP. Etiam. SOC. Nonne etiam boni viri omnia lucra habere volunt, siquidem bona sunt? HIP. Non tamen ea lucra, O Socrates, a quibus lædi possint. SOC. Lædi vero dicis damno affici, aut aliud quid? HIP. Non aliud, sed damno affici dico. SOC. A lucro igitur homines læduntur, aut a damno? HIP. Ab utrisque. Nam & a damno læduntur, & a malo lucro. SOC. Num videtur tibi res aliqua utilis & bona, mala esse? HIP. Non sane mihi. SOC. Nonne paulo ante confessi sumus lucrum damno, quod malum est, contrarium esse? HIP. Fateor. SOC. Contrarium autem quod est malo, bonum esse? HIP. Confessi sumus.

δ'. ΣΩΚ. Ορᾷς ϑν, ὅπ χειρεῖς με ἐξαπατᾶν, ὁπ-
πόϑες ἐναντία λέγων οἷς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. ΙΠ. Οὐ
μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τἀναντίον σὺ ἐμὲ ἐξαπα-
τᾷς, καὶ οὐκ οἶδα ὅπῃ ἐν τοῖς λόγοις ἄνω καὶ κάτω
στρέφεις. ΣΩΚ. Εὐφήμει, ὦ μᾶ τ' ἂν καλῶς ποιοίην,
ὦ παῖ Ἱππάρχου καὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καὶ σοφῷ. ΙΠ. Τίνι τούτῳ,
καὶ πῶ μάλιστα; ΣΩΚ. Πολίτῃ μὲν ἐμῷ τε καὶ σῷ,
Πεισιστράτῳ δὲ ὑεῖ τοῦ ἐκ Φιλαίδων Ἱππάρχου, ὃς τῶν
Πεισιστράτου παίδων τῷ πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος· ὃς
ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ
τὰ Ὁμήρου ποιήματα ἐκόμισεν εἰς τὴν χώραν ταυτηνί, καὶ
ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως
ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νυνὶ ἔτι οἵδε ποιοῦσι, καὶ ἐπ'
Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον πεντηκόντορον στείλας ἐκόμισεν εἰς τὴν
πόλιν, Σιμωνίδην τε τὸν Κῖον ἀεί ποτε αὐτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις

4. SOC. Vides igitur quod decipere me conaris, de indúſtria dicens contraria his quæ paulo antea confeſſi ſumus. HIP. Non per Jovem, O Socrates, ſed vice verſa tu me decipis, & haud ſcio quo me in ſermonibus ſurſum ac deorſum vertis. SOC. Bona verba quæſo. Neque enim recte facerem ſi bono ac ſapienti viro non obedirem. HIP. Cui vero, & quanam maxime in re? SOC. Civi & meo & tuo Piſiſtrati in Philædone filio Hipparcho, qui inter Piſiſtrati filios natu maximus & ſapientiſſimus erat, & tum alia multa præclara ſapientiæ opera perpetravit, tum Homeri ſcripta primus in hanc terram intulit, & rhapſodos in Panathenæis illa memoriter ex ordine recitare coegit, id quod etiam nunc illi faciunt. Et miſſa quinquaginta remorum navi, Anacreontem Teium in civitatem hanc invexit. Simonidem autem Ceum magna mercede & muneribus perſuaſum, ſemper apud

μισθῆς ἢ δώρεις πείθων. ταῦτα δ' ἐπιὼν βουλόμενος πειθὴν οὗ πολίτας, ἵνα ὡς βελτίστων αὐτῶν ὄντων ἄρχῃ, ἅτε οἰόμενος δεῖν ὑδενὶ σοφίας φθονεῖν, ἅτε ὢν καλός τε κἀγαθός. ἐπειδὴ ἤ αὐτῷ οἱ περὶ ὅ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσ, ἢ ἐθαύμαζον αὐτὸν ὅτι σοφία, ὅπ. βουλεύων αὖ τὰς ἐν τοῖς ἀγρεῖς ἀπαιδεύτους, ἔστησεν αὐτοῖς Ερμᾶς κῦ τοὺς ὁδοὺς ἐν μέσῳ ᾧ ἄστυ, καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. κἄπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὑτῷ, ἥν τ' ἔμαθε καὶ ἣν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεξάμενος ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐπέτεινας εἰς ἐλεγεῖον αὑτῷ, ποιήματα ἢ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν· ἵνα τοῦτον μὴ τὰ ἐν Δελφοῖς γράμματα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὑτῷ, τό τε Γνῶθι σαυτόν, ἢ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ Ιππάρχῳ ῥήματα μᾶλλον σοφὰ ἡγοῖντο, ἔπειτα περιόντες ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἀναγιγνώσκοντες, καὶ γεῦμα λαμβάνοντες αὐτοῦ τῆς σοφίας, φοιτῶν ἐκ

se habuit. Hæc autem faciebat, civibus persuasum esse volens, se optimis imperare cupere, ut qui & honestus & bonus vir esset, neque ulli sapientiam invidere oportere putaret. Postquam vero cives in urbe jam ab ipso eruditi essent, & ob sapientiam ipsum admirarentur, consilium inivit de his qui in agris degerent erudiendis, & Mercuriales statuas in medio civitatis, & singularum tribuum ipsis constituit. Et postea præ sapientia sua, & quam didicit, & quam ipse invenit, electis his quæ sapientissima esse judicabat, ea elegiacis versibus complexus, poemata & sapientiæ suæ documenta inscripsit, quo primum quidem sapientia illa dicta in Delphis scripta, cives ipsius non ita admirarentur, nimirum Nosce teipsum, & Nihil nimis, & alia hujusmodi: sed Hipparchi verba magis sapientia ducerent. Deinde sursum ac deorsum prætereuntes, & legentes, & sapientiæ ipsius gus-

τῶν ἀγρῶν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ παιδεύσομενοι. Ἐστὶν δὲ δύο τὰ ἐπιγράμματα· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου, ὃ ἐπιγεγραπὼς λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος ἡ τοῦ δήμου ἕστηκεν· ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιᾷ,

Μνῆμα τὸ δ' Ἱππάρχου, τεῖχε δίκαια φρονῶν, φησί. Εἰσὶ δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ καὶ καλὰ ἐπιγεγραμμένα· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει,

Μνῆμα τὸ δ' Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Ἐγὼ οὖν σε ἐμοὶ ὄντα φίλον οὐ δή που τολμῴην ἂν ἐξαπατᾶν, καὶ ἐκείνῳ τοιούτῳ ὄντι ἀπιστεῖν, ὃς καὶ τοσοῦτον χρόνον ἐτυράννευσαν Ἀθηναίοις μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἱππίου. Καὶ πάντων ἂν τῶν παλαιῶν ἤκουσας, ὅτι ταῦτα μόνα τὰ ἔτη τυραννὶς ἐγένετο ἐν Ἀθήναις, ἐπεὶ δ' ἄλλον χρόνον ἐγγύς τι ἔζων Ἀθηναῖοι, ὥσπερ ἐπὶ Κρόνου βασιλεύοντος. Λέγεται δὲ καὶ τῶν ἀμεινόνων ἀνθρώπων

tum accipientes, ex agris ad reliqua discenda abirent. Sunt autem epigrammata duo inscripta: in sinistra quidem parte uniuscujusque columnæ inscriptus est Mercurius qui dicit, quod in medio civitatis & populi consistat: in dextra vero dicit:

Monet Hipparchus, justa tenere ut velis.

Sunt autem ex poematis alia in aliis statuis multa ac bona inscripta. Est vero & hoc in via Steriaca expressum:

Monet Hipparchus, ne amicum decipias.

Ego igitur te amicum mihi decipere non sane audeam, & illi qui talis vir fuit fidem non habere: quo etiam mortuo, Athenienses a fratre ipsius Hippia tribus annis tyrannidem pertulerunt. Et profecto ab omnibus veteribus audivisti, quod per solos hos annos tyrannis Athenis fuerit. Reliquo vero tempore Athenienses velut Saturno regnante vixerunt. Dicitur autem a sincerioribus

καὶ ὁ θάνατος αὐτῷ ἡμέθεν ὑ δι' ἃ οἱ πολλοὶ ᾠήθησαν, ὐδὲ ἀφ' ὑβρεως τῆς ἀδελφῆς ἀτιμίαν τῆς Κανηφορίας (ἐπεὶ τοῦτό γε εὔηθες) ἀλλὰ Ⓐ μὴν Αρμόδιον γεγονέναι παιδικὰ τοῦ Αριστογείτονος Ⓗ, καὶ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου. μέγα δ' ἐφρόνει ἄρα καὶ ὁ Αριστογείτων ἐπὶ τῷ παιδεῦσαι ἄνθρωπον, καὶ ἀνταγωνιστὴν ἡγεῖσθαι εἶναι Ⓐ Ιππαρχον. ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ χρόνῳ αὐτὸν Ⓐ Αρμόδιον τυγχάνειν ἐρῶντά τινος Ⓗ τῶν νέων τε καὶ ἡνιόχων καὶ καλῶν τῶν τότε. καὶ λέγεται τοὔνομα αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ οὐ μέμνημαι. Ⓐ ὃν νεανίσκον τοῦτον τέως μὲν θαυμάζειν τότε Αρμόδιον καὶ Ⓐ Αριστογείτονα, ὡς σοφούς· ἔπειτα συγγενόμενον τῷ Ιππάρχῳ, καταφρονῆσαι ἐκείνων· ἀγανακτῆσαι δὲ ταύτῃ τῇ ἀτιμίᾳ, ὥστε ἀποκτεῖναι Ⓐ Ιππαρχον.

ε'. ΙΠ. Κινδυνεύεις τοίνυν, ὦ Σώκρατες, ἢ ὃ φίλον

hominibus etiam mors ipſius non ex ea quæ vulgo putatur cauſa contigiſſe, neque propter ſororis Harmodii, a caniſtro Deæ deferendo in Panathenaicis per illum prohibitæ, ignominiam, (nam hæc levis ſane eſſet) verum Harmodium fuiſſe amatum Ariſtogitonis, & ab illo eſſe eruditum. Magnopere vero ſibi placebat etiam Ariſtogiton ob id quod illum erudiret, & adverſarium eſſe ducebat Hipparchum. Eo vero tempore ipſum Harmodium amaſſe quendam juvenem generoſum ac formoſum, & referunt etiam ipſius nomen, ſed ego non ſatis memini. Eum igitur adoleſcentem aliquandiu quidem admiratum eſſe Harmodium & Ariſtogitonem velut ſapientes. Poſtea vero, ubi conſuetudinem cum Hipparcho haberet, illos contempſiſſe; atque ob hanc ignominiam illos indignatos, ita Hipparchum occidiſſe.

5. HIP. Videris itaque, O Socrates, aut me non amicum

με ἡγεῖσθαι, ἢ, εἰ ἡγῇ φίλον, ἀ πείθεσθαι Ἱππάρχῳ· ἐγὼ γὰρ ὅπως ἀ σύ με ἐξαπατᾷς, οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον ἐν τοῖς λόγοις ἀ δύναμαι πειθῶαι. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν ἀ ὥσπερ πεπλύων, ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅ, π βάλῃ τῶν εἰρημένων, ἵνα μὴ οἴῃ ἐξαπατᾶσθαι. πότερον γὰρ τῶτό σοι δίαθῶμαι, ὡς ἀγαθῶν τῶν ἀγαθῶν πάντες ὀφθμεῖσιν ἀνθρωποι; ΙΠ. Μή μοι γε. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὡς ὁ ζημιοῦσθαι, ἀ ἡ ζημία, ἀ κακόν; ΙΠ. Μή μοι γε. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὡς ἀ τῇ ζημίᾳ ἀ τῷ ζημιοῦσθαι τὸ κέρδος ἀ τὸ κερδαίνειν ἀναντίον; ΙΠ. Μὴ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὡς ἀνάντιον ὂν τῷ κακῷ, οὐκ ἀγαθόν ὄφι τὸ κερδαίνειν. ΙΠ. Οὔπω πάνυ γε τωτί μοι δοκεῖ. ΣΩΚ. Δοκεῖ ἄρα σοι ὡς ἔοικε ἔ κέρδος τὸ μὲν τι ἀγαθὸν εἶναι, τὸ δέ τι κακόν. ΙΠ. Εμοιγε. ΣΩΚ. Ἀναπίθεμαι τοίνυν σοι τῶτο. ἔστω γὰρ δὴ κέρδος τι ἀγαθόν, καὶ ἔστω κέρδος τι κακόν. κέρδος δέ γε οὐδὲν μᾶλλον

putare, aut si amicum putas, Hipparcho fidem non habere. Nam quod tu me non decipias, haud scio quo modo in tuis sermonibus persuaderi non possum. SOC. At vero quemadmodum si talis ludam, volo tibi in sermonibus repetere quicquid ex relatis voles, ut ne te deceptum esse putes. Num igitur hoc tibi repetam, quod non omnes homines bona appetant? HIP. Non mihi. SOC. At quod damno affici, & damnum non sit malum? HIP. Non mihi. SOC. At quod lucrum & lucrari, non sit contrarium damno, & damno affici? HIP. Neque hoc. SOC. At quod quum contrarium sit malo, non est bonum lucrari? HIP. Neque totum hoc mihi repetas ac retractes. SOC. Videtur ergo tibi velut verisimile est, lucrum aliud esse bonum, aut malum? HIP. Mihi sane videtur. SOC. Recantabo itaque tibi hoc. Sit sane lucrum aliquod bonum, aliud malum: attamen nihilo

ὄστιν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ κακόν. ἢ γάρ; ΙΠ. Πῶς με ἐρωτᾷς; ΣΩΚ. Ἐγὼ φράσω. σιτίον ὄστί τι ἀγαθόν τε καὶ κακόν; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' ἂν μᾶλλόν τι αὐτῶν ὄστι τὸ ἕτερον θατέρου σιτίον, ἢ ὁμοίως τοῦτό γε σιτία ἐστὸν ἀμφότερα, καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρῃ τὸ ἕτερον θατέρου κατὰ τὸ σιτίον εἶναι), ἀλλὰ ἢ τὸ μὲν αὐτῶν ἀγαθόν, τὸ δὲ κακόν; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ποτὸν καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα τῶν ὄντων τὰ αὐτὰ ὄντα, τὰ μὲν πέπονθεν ἀγαθὰ εἶναι), τὰ δὲ κακά, οὐδὲν ἐκείνῃ γε διαφέρει τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ἢ τὸ αὐτό ὄστιν. ὥσπερ ἀνθρωπος δή που, ὁ μὲν χρηστός ὄστι, ὁ δὲ πονηρός. ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἄνθρωπός γε (οἶμαι) οὐδέτερος οὐδετέρου οὔτε μᾶλλον, οὔτε ἧττόν ὄστιν, οὔτε ὁ χρηστὸς τοῦ πονηροῦ, οὔτε ὁ πονηρὸς τοῦ χρηστοῦ. ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οὕτω καὶ περὶ τοῦ κέρδους διανοώμεθα, ὡς κέρδος γε ὁμοίως ὄστι καὶ τὸ χρηστὸν καὶ τὸ πονηρόν; ΙΠ. Ἀνάγκη.

magis eſt lucrum id quod bonum eſt, quam id quod malum eſt. Nunquid? HIP. Quomodo me interrogas? SOC. Ego tibi narrabo. Cibuſne quidam bonus eſt, & quidam malus? HIP. Etiam. SOC. Num igitur alter ipſorum magis cibus eſt, aut ſimiliter ambo cibi ſunt? & eatenus alter ab altero nihil differt, quatenus cibi ſunt: verum quatenus alter ipſorum bonus eſt, alter malus. HIP. Etiam. SOC. Nonne & potus, & reliquæ omnes res quæ eædem ſunt, partim bonæ ſunt, partim malæ: & eatenus nihil differt altera ab altera, quatenus eædem ſunt. Quemadmodum ſane homo, alius bonus eſt, alius malus? HIP. Etiam. SOC. At neuter altero arbitror neque magis neque minus homo eſt, neque bonus magis quam malus, neque malus magis quam bonus. HIP. Vera dicis. SOC. Nonne ſic etiam de lucro ſentiemus, quod lucrum ſimiliter & bonum eſt & malum? HIP. Neceſſe eſt.

ΣΩΚ. Οὐδὲν ἄρα μᾶλλον κερδαίνει ὁ τὸ χρηστὸν κέρδος ἔχων, ἢ τὸ πονηρόν. ἴκουν μᾶλλόν γε κέρδος φαίνεται ἑκάτερον ὄν, ὡς ὁμολογοῦμεν. ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐδετέρῳ γὰρ αὐτῶν ἔνι τὸ μᾶλλον, ἔνι τὸ ἧττον παρεῖναι; ΙΠ. Οὐ γὰρ δή. ΣΩΚ. Τῷ δὴ τοιούτῳ παθήματι, ὡς ἂν τις μᾶλλον ἢ ἧττον ὁποιῶν ἂν ποιοῖ ἢ πάσχοι, ᾧ μηδέτερον τούτων παρείη; ΙΠ. Ἀδύνατον.

5'. ΣΩΚ. Ἐπειδὴ τοίνυν κέρδη μὲ ὁμοίως ἐστὸν ἀμφότερα καὶ κερδαλέα, τοῦτ' ἔτι δὴ δεῖ ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι, ἅμα ποτὲ ἀμφότερα αὐτὰ κέρδος καλεῖς, τί τὸ αὐτὸ ἐν ἀμφοτέροις ὁρῶν. ὥσπερ ἂν εἰ ἃ σύ με ἠρώτας πάντων δή, ἅμα ποτὲ μὲ τὸ ἀγαθὸν σιτίον, μὲ τὸ κακὸν σιτίον, ὁμοίως ἀμφότερα σιτία καλῶ, εἶπον ἄν σοι, διότι ἀμφότερα ξηρὰ τροφὴ σώματός ἐστι, ἅμα τοῦτο ἔλεγον. τοῦτο γὰρ εἶναι σιτίον, κἂν σὺ ὦν ἡμῖν ὁμολογῇς. ἢ γάρ; ΙΠ. Ἔγωγε.

SOC. Nihil igitur magis lucratur is qui bonum lucrum habet, quam is qui malum. Et neutrum sane magis lucrum esse apparet, velut confitemur. HIP. Etiam. SOC. Neutri enim ipsorum neque magis neque minus adest. HIP. Non sane. SOC. Tali itaque re, cui neutrum horum adest, quomodo quis magis aut minus aliquid facere aut pati possit? HIP. Fieri non potest.

6. SOC. Quandoquidem igitur lucra quidem similiter sunt ambo, itemque lucrosa, hoc insuper considerare nos oportet. Curnam ambo ipsa lucrum vocas, & quid sit id quod idem in utrisque videris. Quemadmodum si tu me interrogares, Curnam & bonum cibum, & malum cibum, similiter utrosque cibos vocem, dixerim utique tibi ideo, quod ambo siccum sunt corporis alimentum. Propterea sane ego dicerem. Hoc enim esse cibum, etiam tu nobis negare non possis. Nunquid? HIP. Ego sane

ΣΩΚ. Καὶ ἆρ' οἶει ποτὲ ἂν ὁ αὐτὸς ἀνὴρ πρόπος εἶναι τῆς ἀποκρίσεως, ὅτι τῇ τοῦ σώματος ὑγρᾷ τροφῇ, ἐάν τε χρηστὴ ἐάν τε πονηρὰ ᾖ, τοῦτο τὸ ὄνομά ἐστι ποτόν· καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως. πειρῶ δὴ καὶ σὺ ἐμὲ μιμεῖσθαι, ὥστως ἀποκρινόμενον. τὸ χρηστὸν κέρδος καὶ τὸ πονηρὸν κέρδος, κέρδος φὴς ἀμφότερον εἶναι. πῇ τὸ αὐτὸ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁρῶν, ὅτι δὴ καὶ τοῦτο κέρδος ἐστίν; εἰ δ' αὖ μὴ αὐτὸς ἔχεις ἀποκρίνασθαι, ἀλλ' ἐμοῦ λέγοντος σκόπει. ἆρα κέρδος λέγεις πᾶν κτῆμα ὃ ἄν τις κτήσηται, ἢ μηδὲν ἀναλώσας, ἢ ἔλαττον ἀναλώσας πλέον λάβῃ; ΙΠ. Ἔμοιγε δοκῶ τοῦτο καλεῖν κέρδος. ΣΩΚ. Ἆρα καὶ τὰ τοιάδε λέγεις, ἐάν τις ἑστιαθεὶς μηδὲν ἀναλώσας, ἀλλ' εὐωχηθείς, νόσον κτήσηται; ΙΠ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Ὑγίειαν δὲ κτησάμενον ἀπὸ ἑστιάσεως, κέρδος ἂν κτήσαιο, ἢ ζημίαν; ΙΠ. Κέρδος. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα τοῦτό ἐστι

fateor. SOC. Et de potu idem fuerit reſponſionis modus, quod humido corporis alimento, ſive bonum ſive malum ſit, hoc nomen eſt, & reliquis eodem modo. Conare igitur & tu me ita reſpondentem imitari. Bonum lucrum, & malum lucrum, lucrum utrumque eſſe dicis: quidnam quod idem ſit in iiſdem videns, quod etiam hoc lucrum eſt? Si vero rurſus ipſe quod reſpondeas non habes, at me dicentem conſidera. Num lucrum vocas omnem rem quam quis acquiſierit, aut nullo ſumptu facto, aut minore impenſa facta plus accipiat? HIP. Ego profecto hoc lucrum vocandum eſſe puto. SOC. Num & talia lucrum vocas, velut ſi quis nullo ſumptu facto convivio exceptus ſit, ſed laute convivavatus morbum acquiſierit? HIP. Per Jovem non ego. SOC. At ſanitatem ex convivio adeptus, lucrumne acquiſierit, aut damnum? HIP. Lucrum. SOC. Non igitur hoc eſt lucrum, quamcunque rem acquirere.

κέρδος, τὸ ὁποιῶ κτῆμα κτήσαιθαι. ΙΠ. Οὐ μὰ τοι. ΣΩΚ. Πότερον οὖν, ἐὰν κακόν, ἢ ὃ δ' ἂν ἀγαθὸν ὁπῶν κτήσηται, ὃ κέρδος κτήσηται; ΙΠ. Φαίνεται, ἐάν γε ἀγαθόν. ΣΩΚ. Ἐὰν δὲ κακόν, ὃ ζημίαν κτήσεται; ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Ὁρᾷς δὴ ὡς πάλιν αὖ ἐπιτρέχει εἰς τὸ αὐτό; τὸ μὲ κέρδος ἀγαθὸν φαίνεται, ἡ δὲ ζημία κακόν. ΙΠ. Ἀπορῶ ἔγωγε ὅ, τι εἴπω. ΣΩΚ. Οὐκ ἀδικῶς γε σὺ ἀπορῶν. ἔτι δὲ καὶ τόδε ἀπόκρινα· ἐάν τις ἔλαττον ἀναλώσας πλέον κτήσηται, φὴς κέρδος εἶναι; ΙΠ. Οὔτι κακόν γε λέγω· ἀλλ' ἐὰν χρυσίον ἢ ἀργύριον ἔλαττον ἀναλώσας πλέον λάβῃ. ΣΩΚ. Καὶ ἐγὼ μέλλω τοῦτο ἐρήσεσθαι. φέρε γάρ, ἐάν τις χρυσίου ἡμισυ ἀναλώσας, διπλάσιον λάβῃ ἀργυρίου, κέρδος ἢ ζημίαν εἴληφεν; ΙΠ. Ζημίαν δή που, ὦ Σώκρατες. ἀντὶ δωδεκαπλασίου γάρ, διπλάσιον αὐτῷ καθίσταται τὸ χρυσίον. ΣΩΚ. Καὶ

HIP. Non certe. SOC. Num igitur ſive malum ſive bonum quodcunque quis acquiſierit, non lucrum acquiſierit? HIP. Apparet, ſi bonum acquiſierit. SOC. Si vero malum, non damnum acquiret? HIP. Mihi ita videtur. SOC. Vides igitur quod rurſus in idem ſermo decurrit; et lucrum quidem bonum eſſe apparet, damnum autem malum? HIP. Ambiguus ſum ego quid dicam. SOC. Non immeritò ambiguus tu es. Verum adhuc etiam hoc reſponde. Si quis minore impendio facto, plus acquirat, lucrum hoc eſſe dicis? HIP. Non ſane malum dico; ſed ſi auri & argenti minore impendio facto plus accipiat. SOC. Et ego de hoc interrogabo. Age enim ſi quis libræ auri dimidiæ impenſa facta, duplum argenti accipiat, lucrum aut damnum accipit? HIP. Damnum profecto, O Socrates. Nam pro duodecuplo duplum ipſi redditur aurum. SOC. Atqui plus accepit: aut nonne plus eſt

μὴν πλέον γ' εἴληφεν. ἢ ὑ πλέον ὄϛι τὸ διπλάσιον τοῦ ἡμίσεως; ΙΠ. Οὔτι τῇ ἀξίᾳ γε ἀργύριον χρυσίου. ΣΩΚ. Δεῖ ἄρα, ὡς ἔοικε, τῷ κέρδει τοῦτο παρεῖναι, τὴν ἀξίαν. νῦν γοῦν τὸ μὲν ἀργύριον πλέον ὂν τοῦ χρυσίου, ὑ φῂς ἄξιον εἶ), τὸ δὲ χρυσίον ἔλαττον ὄν, ἄξιον φῂς εἶναι; ΙΠ. Σφόδρα· ἔχει γὰρ οὕτω. ΣΩΚ. Τὸ μὴν ἄξιον ἄρα κερδαλέον ὄϛιν, ἐάν τε σμικρὸν ᾖ, ἐάν τε μέγα· τὸ δὲ ἀνάξιον, ἀκερδές. ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸ δὲ ἄξιον λέγεις, ἄξιον εἶναι, ἄλλό π ἢ κεκτῆσθαι; ΙΠ. Ναί, κεκτῆσθαι. ΣΩΚ. Τί δὲ ἄξιον ἂυ λέγεις κεκτῆσθαι; τὸ ἀνωφελὲς, ἢ τὸ ὠφέλιμον; ΙΠ. Τὸ ὠφέλιμον δή που. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ ὠφέλιμον ἀγαθόν ὄϛιν; ΙΠ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, ὦ ἀνδρειόταται πάντων, ὑ τὸ κέρδαλεον ἀγαθὸν αὖ πάλιν τρίτον ἢ τέταρτον ἥκει ἡμῖν ὁμολογούμενον; ΙΠ. Εοικεν.

duplum dimidio? HIP. Non argentum auro, quod ad æſtimationem ac pretium attinet. SOC. Oportet ergo velut apparet, lucro hoc adeſſe, pretium videlicet & æſtimationem. Nunc itaque argentum quidem etiam ſi plus ſit quam aurum, tamen ejuſdem æſtimationis non eſſe dicis. Aurum vero etiamſi minus ſit, æſtimationem habere aſſeris. HIP. Maxime. Ita enim res ſe habet. SOC. Quod igitur æſtimationem habet, lucroſum eſt, ſive parvum fuerit, ſive magnum. Quod vero non habet, minime lucroſum eſt. HIP. Etiam. SOC. Quod vero æſtimationem habet, dignumne eſſe dicis alia re quam ut acquiratur? HIP. Ut acquiratur. SOC. Quod vero rurſus dicis dignum ut acquiratur? id quod inutile eſt, aut quod utile? HIP. Quod utile eſt. SOC. Utile igitur bonum eſt. HIP. Etiam. SOC. Nonne igitur, O fortiſſime omnium, jam rurſus tertio ac quarto a nobis confeſſio facta eſt lucrum eſſe bonum? HIP. Ita apparet.

ζ'. ΣΩΚ. Μνημονεύεις γοῦν ὅθεν ἡμῖν οὕτω ὁ λόγος γέγονεν; ΙΠ. Οἶμαί γε. ΣΩΚ. Εἰ δὲ μή, ἐγώ σε ὑπομνήσω. ἢ ἠμφισβήτησάς μοι σοὶ ἀγαθοὺς μὴ πάντα τὰ κέρδη βούλεσθαι κερδαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κερδῶν ταὐγαθά, τὰ δὲ πονηρὰ μή. ΙΠ. Ναίχι. ΣΩΚ. Οὐκοῦν πάντα τὰ κέρδη ὁ λόγος ἡμᾶς ἠνάγκασε καὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα ὁμολογεῖν ἀγαθὰ εἶναι; ΙΠ. Ηνάγκασε γὰρ, ὦ Σώκρατες, μᾶλλον ἐμέ γε, ἢ πέπεικεν. ΣΩΚ. Αλλ' ἴσως μετὰ τοῦτο καὶ πεῖσειεν ἄν. νυνὶ δ' ὃν εἴτε πέπεισαι, εἴτε ὅπως δὴ ἔχεις, σύμφης γοῦν ἡμῖν πάντα τὰ κέρδη ἀγαθὰ εἶ) καὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα; ΙΠ. Ομολογῶ γὰρ δή. ΣΩΚ. Τοὺς δὲ χρηστοὺς ἀνθρώπους βούλεσθαι τὰ ἀγαθὰ ὁμολογεῖς ἅπαντα ἅπαντας, ἢ οὔ; ΙΠ. Ομολογῶ. ΣΩΚ. Αλλὰ μὴν δὴ τούσγε πονηροὺς εἶπες, ὅτι καὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα κέρδη φιλοῦσιν; ΙΠ. Εἶπον. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἅπαντες ἄνθρωποι φιλοκερ-

7. SOC. Meministi igitur unde nobis hic sermo initium cœpit? HIP. Arbitror. SOC. Sin minus, ego in memoriam revocabo: nonne mecum contendisti, bonos non omnia lucra velle lucrari, sed bona lucra, mala vero non? HIP. Etiam. SOC. Nonne omnia lucra & parva & magna, bona esse, ratio nos fateri coegit? HIP. Coegit utique, O Socrates, magis me quam persuasit. SOC. At fortassis postea etiam persuaserit. Nunc vero sive persuasus es, sive quomodocunque affectus es, consentis tamen nobiscum, omnia lucra & parva & magna bona esse. HIP. Fateor. SOC. Bonos autem homines omnes omnia bona velle fateris: nunquid? HIP. Fateor. SOC. At malos dixisti & parva & magna lucra amare. HIP. Dixi. SOC. Proinde juxta tuum adeo sermonem omnes, homines tum boni tum mali,

δεῖς ἂν εἶεν, ἢ οἱ χρηστοὶ καὶ οἱ πονηροί; ΙΠ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ὀνειδίζει, εἴπις τῷ ὀνειδίζει φιλοκερδεῖ εἶναι. τυγχάνει δὲ ἢ ὁ ταῦτα ὀνειδίζων αὐτὸς τοιοῦτος ὤν.

lucri ſtudioſi fuerint. HIP. Apparet. SOC. Non igitur recte exprobrat, ſi quis alicui quod lucri ſtudioſus ſit exprobrat: nam & is qui hæc exprobrat, ipſe quoque talis eſt.

NOTÆ

ET

VARIÆ LECTIONES.

NOTÆ

ET

VARIÆ LECTIONES.

P. 1. l. 1. ΦΕΡΕ δὲ καὶ] Ex hac loquendi formula conjiciendum est, Olympiodorum hanc Platonis vitam post commentaria sua in Dialogos Philosophi istius conscripsisse.

Ibid. 6. γένος ἐς Σόλωνα] Platonem genus suum a Solone traduxisse his verbis ostendit Diogenes Laertius *initio Vit. ejus*, τότε (Solonis) γὰρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, ὃς Κριτίας, ὃς Κάλλαισχρος, ὃς Κριτίας ὁ τῶν τελέυταν, ὃς Γλαύκων, ὃς Χαρμίδης ὃς Περικτίονη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων, ἔκτος ἀπὸ Σόλωνος.

Ibid. 10. φάσμα Ἀπολλωνικὸν] Ita Hesychius Illust. περὶ σοφῶν p. 31. Ed. Meursii Lugd. Bat. 1613. Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγεται μὴ γάμου τινα, μηδὲ ὁμιλίαν σώματος ἀνάσχεσθαι· φασὶ γὰρ ὡς ἐκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γένοιτο, ἐπιφάνεντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος &c. Et Apuleius de Dogm. Plat. *Sunt qui Platonem auguſtiore conceptu proſatum dicant: cum quidem Apollinis figuratio Perictione ſe miſcuiſſet.* Idem Apuleius eodem loco: *Menſe etiam, qui apud Atticos* Thragelion (apud nos *Junius* ſecundum Gregor.) *dicitur, natus eſt; die, qua apud Delum Latonem fertur Apollinem Dianamque peperiſſe. Pridie Socratem genitum accepimus.* Omnes igitur inde oriri videntur fabulæ, quæ de Platone narrantur; quoniam ſeptimo menſis hujuſce die natus eſt Apollo, diemque ſeptimum illi ſacrum eſſe dicebant. Confer Suidam & Plutarch: in *Symp.* qui allegorice hanc fabulam dici autumant, unde exiſtimant Platonem apte ſatis Medicinæ Dei filium appellari poſſe, utpote qui hominum animos cupiditatibus ineffrænatis, morborum peſſimis laborantes ſanaret.

P. 2. l. 4. βρέφος ὄντα, πεθήκασιν] Vide Ælian. *Var. Hiſt.* L. 20. c. 21. Multas hujuſmodi fabulas de viris præclaris exhibet hiſtoriæ antiquæ pagina. Ita Horat. L. 4. *Od.* 4.

Me fabuloſæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo fatigatumque ſomno
Fronde nova puerum palumbes
Texere: ——————

Confer hac de re eruditiſſimum Blackwell in *Vit. Homeri* p. 76. ubi multa de virorum inſignium nutritione fabuloſa annotat.

Ibid. 7. *μέλιτ[ι]α πεφιελθεῖσαι*] Ita Cicero huc respiciens in L. 1. de *Divinat. At Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suavitate orationis fore.* Vide Plin. *Nat. Hist.* L. 11. c. 9. *Val. Max.* L. 1. c. 6.

Ibid. 8. *ἵνα ἀληθές*] De voce ἵνα hic οἰκοδατικῶς usurpato sicut etiam in S. S. vide V. D. Gregorii Sharpe LL. D. *Argumentum secundum pro Religione Christiana* &c. p. 349. confer Wolfii *Curas Philolog. in Joan.* IX 3.

Ibid. 9. *Τοῦ καὶ ἀπὸ*] Exstat hic versus apud Homer. *Iliad.* A. v. 249.

Ibid. 11. *Ἀπολλωνιακὸν γὸ*] Callimach. Hymn. in Delum v. 249.

——— ΚΥΚΝΟΙ δὲ ΘΕΟΥ μέλποντες ἀοιδὴ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες
Ἐσδομάκις περὶ Δῆλον, ἐπήισαν δ' ἀλοχέαι
ΜΟΥΣΑΩΝ ΟΡΝΙΘΕΣ, ἀοιδοτατοι πτερυγῶν ———

Conf. Spanhemii Annotationem in hunc locum & in v. 5. Hymn. ad Apoll. Aristophanes etiam in *Avibus.*

ΚΥΚΝΩ Πυθίῳ κὴ Δηλίῳ.

Vide quæ de hac re fuse scripsit Natalis Comes.

Ibid. 12. *Διονυσίῳ τῷ γραμματιστῇ*] Confer Cl. Forsteri *Annot. in Eras.* P. 1. *εἰς Διονυσίᾳ τὸ γραμματικὸ* —— ubi secundum lectionem in *Montefalc. Bibl. Coisinian.* p. 219. & hanc nostram *γραμματιστοῦ* pro *γραμματικῶ* potius vult legere.

Ibid. 16. *γυμναστῇ*] Arte hac gymnastica adeo eum præcellere affirmant nonnulli, ut apud Isthmum etiam in ludis Pythicis fertur contendisse. *Pythia & Isthmia de lucta certavit.* Apuleius de *Dogmate Platonis.*

Ibid. *Ἀρίστωνι Ἀργάῳ ὑφ' ὅ*] Ab illo Platonis nomen accepit, a pectoris latitudine. Vide Senec. *Epist.* 59. & Hesychium Illust. p. 32. qui de hac re Timonis versus quosdam laudat, quibus in Syllis (ita vocavit sales ac dicteria in Philosophos jacta) usus est.

Τῶν πάντων δ' ἡγᾶτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγρηπὴς
Ἡδυεπὴς τερπίξιν ἰσογράφθ', οἷθ' Ἑκαδήμε
Δένδρῳ ἐφιζόμενοι, ὅπα λειριόεσσαν ἰᾶσι.

vel Hadriano Junio interprete

Prævius ante omnes ductor latissimus ibat,
Suaviloquens orator, & is quem jure cicadis
Argutis possis componere, quas Hecademi
Confovet arbustum modulantes voce canora.

P. 3, 9. *πρότερον Τύρταμον λεγόμενον.*] Οὗτος πρότερον ὠνομάσθη Τέρταμος. *Suidas* in voce Θεόφραστος. confer Not. ad Cic. de Officiis ed. Pearce, p. 4. Joan. Tzetzes *Chil.* 9. c. 296. Strab. L. 13. Stephanum in Ἐρετρία. & Meursium in *Hesychium Illust.* p. 158.

Ibid. *Μετικὸς ὃ διδάσκαλον ἔσχε Δράκοντα*] Una cum Dracone Metellum etiam Agrigentinum in Musicis præceptorem habuisse affirmat Plutarchus

Plutarchus de *Muſica* p. 1136. Platonis in Muſica peritiam ſic depingit Cicero de *Oratore* p. 101. ed. Pearce. *At hoc ne Philoſophi quidem ipſi, qui omnia, ſicut propria, ſua eſſe atque a ſe poſſideri volunt, dicere audent, Geometriam aut Muſicam Philoſophi eſſe, quia Platonem omnes in illis artibus præſtantiſſimum fuiſſe fateantur.* Et alibi, *Plato Geometria, Muſica, Aſtris & Numeris ſe contrivit.*

P. 4, 9. Καὶ τοῖς διθυράμβοις] Laertius primo quidem Dithyrambos eum ſcripſiſſe ait, deinde Melica & Tragœdias. Heroica etiam ferfertur ſcripſiſſe, quæ, cum Homeri carminibus multo inferiora judicaviſſet, combuſſit. Ælian. *Var. Hiſt.* L. 2. c. 20. vide Fabricium *Bibl. Græc.* L. 3. c. 1.

P. 4. 12. ὡς ὁκ δύο θυρῶν ἐξελθὼν ——] Sic canit Orpheus,

Κισσοχόμην Διόνυσον ἐρίβρεμον ἄρχομ' ἀείδειν
Ζηνὸς καὶ Σεμέλης ἐρικυδέος ἀγλαὸν υἱόν.

Quod ad Jovis femur attinet, hæc habet Ovidius Met. L. 3.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
Eripitur, patriſque tener (ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori, maternaque tempora complet.

Hinc bimatrem eum vocârunt nonnulli. Vide Nat. Com. L. 5. c. 13. ubi de Baccho fuſe agi.

P. 5. 5. καὶ Σώφρονι] De illo conſulas Fabricium in *Biblioth. Græc.* L. 2. c. 22. p. 749. ubi ſcriptorum illius deperditorum Catalogus a Fabricio conflatus legendus eſt. Confer Voſſ. Inſt tut. Poetic. L. 2. p. 161. Salmaſium ad *Solinum* p. 76. Hen. Valeſium ad *Amnian. Marcellinum* 23. 5. Meurſium ad *Heſychium Illuſtrem* p. 199.

Ibid. 8. εὑρεθῆναι ὐ τῇ κλίνῃ αὐτοῦ] *Sophron —— Mimorum quidem ſcriptor, ſed quem Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus, cum moreretur, habuiſſe traditur.* Quintil. ed. Rollin p. 34. *Altero etiam & octogeſimo anno decedens* (Plato) *ſub capite Sophronis mimos habuiſſe fertur.* Valer. Max. L. 8. c. 7. Videatur quoque Tzezes *Chil.* 10. c. 355. & Athenæus L. 2.

P. 6. 4. Ἤφαιστε, ποδάγρη] Secundum Homeri verba Il. Σ. v. 392.

Ἥφαιστε, ποδάγρη τοι ἐπίκλοπος ἔπλετο μήτηρ.

ubi hæc Euſtathius; Παρῳδήθη ποτὲ ὑπό τινος σοφοῦ, κρύσαντος οἰκεῖα ποιήματα —— ὁ σοφὸς ὁκεῖνος, ἣν ὃ μέγας Πλάτων, ἃς ποιητικὰς, φασὶν, ὁρμήσας καὶ κρύψας, κατέπεμψεν ἃ ἔγραψεν, ὡς Ωμήρῳ ἡδομένῳ καὶ πολύ. Εἶτα ἐπιθέμενος τραγῳδίᾳ, καὶ μέλλων ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἀκούσας Σωκράτους καὶ κριτικοῦ αἰρεθέντος ὑπὸ τῆς ὁκείνου σειρῆνος, ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν, ἐφ' ᾗ καὶ εὐδοκίμησε πάνυ. Fabricius *Biblioth. Græc.* L. 3. c. 1. p. 30. Vide Ezech. Spanheim. *Not. ad Ariſtophanis Nub.* v. 271.

Ibid. 5. Ἀνατολίῳ ὐταῦθά ποτε] Anatolius hic, quem Grammaticum appellat Olympiodorus Grammaticorum Catalogo adjiciendus eſt, quos recenſuit Fabricius *Bibl. Gr.* Tom. 7. p. 48.

Ibid. 8. Φάρῳ] Olympiodorus Alexandria natus eſt. Erat porro Pharus inſula non millium paſſuum intervallo diſtans ab urbe, ubi Principem habitaſſe non abſimile eſt.

Ibid. 9. ὄναρ ἄδειν, ὅτι κύκνος ἄπτερος] Conf. Apuleii *Dogm. Plat.* Laertium, & Suid. Pauſan. in *Atticis*, Origen. L. 6. contr. Celſum, Tertull. de *Anima* c. 46. Fabulam hanc elegantiſſime quidem expoſuit Cl. Cooper in *Vit. Socratis* p. 49.

Ibid. 13. μᾶ ὁ τὸν πελάσυτὴν Σωκράτης] Mortuo Socrate Megaram ſe contulit, atque ibi a Euclide benigne acceptus eſt, non celebri iſto Mathematico, ſed Socratis diſcipulo, qui Scholæ Eriſticæ erat fundator. *Aul. Gellius* L. 6. c. 10. Cyrenen poſtea contendit, ubi incolæ eum obnixe rogabant, ut eorum gratia Legum codicem conſcriberet, mores autem eorum molles ac luxurioſos ægre ferens aſſenſum iis præbere noluit. Geometriæ ibi præceptorem habuit Theodorum. Ælian. *Var. Hiſt.* L. 12. c. 30. Nonnulli arma eum cepiſſe præ nimia egeſtate contendunt, diſſuadente autem Socrate, diſcipulum illius eſſe factum, ſicut narrat Ælian. pro incerto tamen, V. H. L. 3. c. 27. Neque poſtea rei hujuſce fidem comprobat L. 17. c. 14. cum Platonem Tanagræ ac Corinthi adfuiſſe affirmat. Prima enim Pugna Tanagrenſis, Cimone imperante, ſecundum optimos rei æſtimatores anno tertio Olymp. 80. commiſſa eſt. Vide Stanyan. *Hiſt. Græc.* Tom. I. p. 302. *Diod. Sic.* & Plutarch. in *Vita Cimonis*. *Hiſt. Univ.* 8vo. Tom. 6. p. 415. Pugna ſecunda commiſſa eſt anno ſecundo Olymp. 88. ac prælium inter Corinthios & Athenienſes apud Iſthmum Olymp. 89. geſtum eſt. Stanyan *Hiſt. Græc.* T. 1. p. 368. 376. *Hiſt. Univ.* T. 6. p. 456.

Ibid. 14. Εἰς ὄν] *In cujus honorem.* Præpoſitionem ἐις frequentiſſime ita uſurpari non ex hoc ſolum loco, ſed aliis etiam argumentis luculentiſſimis ſane ac doctiſſimis confirmavit Vir cl. Jac. Merrick in *Annotatione* ad Joan. I. 12.

P. 7. 1. τέλεται εἰς Ἰταλίαν] Philoſophorum Poetarumque veterum mos erat ſcientiæ adipiſcendæ gratia ad gentes peregrinas proficiſci, prout ex variis eorum ſcriptis colligendum eſt. Ergo Cicero *de Fin.* L. 5. *Quid de Pythagora*, ait, *quid de Platone aut Democrito loquar, a quibus propter diſcendi cupiditatem videmus ultimas terras eſſe peragratas?* In Italiam tranſgreſſum ejus memorant Laert. Cic. de *Sen.* & de *Rep.* *Sed audiviſſe te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo PRIMUM in Ægyptum diſcendi cauſa, POST in Italiam contendiſſe.* Ergo ait Olympiodorus. P. 10. 12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲ πρὸ τῆ αἰτίαν τῆ εἰς Σικελίαν ἀφίξεων ἐδὰ ῥηθήνεμ. Hoc etiam conſtat ex vocum iſtarum ratione ΠΑΛΙΝ τέλεται εἰς Ἰταλίαν, quibus priuſquam in Ægyptum illius profectionis meminerat, in Italiam reditum ejus memorat.

Ibid. 6. Ἡσσόμενος τῆς κραπέζας ὁ πυρὸς, τῆς ὐν Αἴτνης] Ter in Siciliam illum navigaſſe affirmat Laert. in *Vit. Plat.* Primo quidem Ætnæ viſendæ

viſendæ cauſa; quo tempore etiam Donyſii Senioris aulam adiit, atque a Dione, fratre iſtius germano, eximiæ ſpei juvene benigne receptus, amicitia ejus ac familiaritate uſus eſt. Plato in Epiſtola quadam de eo ſcripſit, nullum juvenem præceptis ſuis diligentia aut facilitate majori unquam obtemperaviſſe; quod eo magis mirandum eſt, cum ſummo luxu, ſummaque magnificentia eſſet inſtitutus.

Ibid. Καὶ ὁ Σικελικὸς τραπέζης χάριν, ὦ γυναῖε Ἀριστίππ] Unum Ariſtide luxuriæ hujuſce inter alios quamplurimos illuſtrant Xenophon & Tzetzes. Ariſtides iſte non Locrenſis erat, quippe Platonis illum fuiſſe fautorem affirmat Diogenes Laertius, verſimilius autem Rhegenſis iſte, inter Pythagoræ ſectatores adnumeratus.

Ibid. 11. ἐν ἀνθρώποις εὐδαίμονα ἄνδρα] J. Voſſius *Philol. S. P.* 2. *Quod autem præcipue notandum eſt*, inquit, *hoc loco* (ſc. Luc. I. 28.) *id illud eſt, quod vox εὐλογημένη vicem præſtat vocis gradus ſuperlativi, quodque ſcriptum eſt* εὐλογημένη ΕΝ γυναιξὶ *pro* εὐδαιμονεστάτη τ. γυναικῶν. *Et factum hoc eſt more Hebræorum, qui voce una eademque nihil mutata & poſitivum & ſuperlativum gradum exprimunt.* Germana plane ſunt quæ ex D. Luca citat Voſſius his Olympiodori verbis ΕΝ ἀνθρώποις εὐδαίμονα: quibus adde ex Homero, *Hymn. in Ven.* v. 106.

Ὀλοὸν ΕΝ λαοῖς.

Ita & Ariſtophanes, *Nub.* v. 570.

Μῖσος ΕΝ θεοῖς,

Et Simonides de *Mulieribus* v. 88. ed. Winterton.

Κ' ἀεκηδεσίης μὲν ΕΝ γυναιξὶ γίγνεται

Πάσησι.

P. 8. 3. Ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ οὐσῶς δικάζοντες,] "Tritum eſt ἀκέσης. Plato roganti Dionyſio, quale ipſi videretur juſte & ex æquo judicare, hac enim laude cenſeri volebat tyrannus, reſpondit, σμικρὸν μὲν οὖν, ὦ ΠΟΛΙΤΙΚΟΥ (hanc vocem reponi debere ex Euſebio manifeſtum eſt *Chron.* I. p. 56. v. 10.) μέρος ἔφατος. ΑΚΕΣΤΑΙΣ γὰρ κ. τ. λ. Olymp. *Vit. Platon.* Hinc ἀκέστρια, ἡ τῶν ἵππων ἀκεστική ignota Lexicis apud *Galen.* T. VI. p. 27. ἀκεστήριον quod *Heſychius* explanat ἱππητήριον, uſurpatum a Libanio in *Antioch.* p. 384. D." OVDENDORPIVS in *Thomam Mag.* voce ἀκέσης.

Ibid. 10. Τῆς ἐς δύτιρας ὁδὸς] Metonymice ponitur pro ipſa profectione. Ita Xenoph. *Cyri Exp.* p. 39. ἔλεγεν ὅτι ἡ ΟΔΟΣ ἐσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν, εἰς Βαβυλῶνα. Similiter Ælian. *Var. Hiſt.* L. 14. c. 33. ἀντιλέγων (ſcil. Diogenes) αὐτοῦ (Platonis) τῷ εἰς Σικελίαν ΟΔΟΝ. Vide quæ Cl. Hutchinſonus ad verba Xenophontis ſupra laudata adnotavit.

P. 9. 5. Ἀννίκειον] Cyrenenſis fuit iſte, quadrigis certandis præclarus. Philoſopho quidem noſtro artis ſuæ ſpecimen inſigne edidit, quippe ipſo aliiſque quamplurimis ſpectantibus, currum circa Academiam egit frenis adeo arctis, ut unicum tantum maneret rotarum veſtigium. Dixit itaque Philoſophus, *fieri non poſſe, illum, qui tantum laboris*

laboris in nugis posuit, in re gravi exitu felici unquam esse usurum. Vide Blackwell in *Vit. Hom.* p. 115. & Perizon. in *Ælian. Var. Hist.* L. 2. c. 27.

Ibid. 14. τῷ ἑταίρῳ βοηθήσαν] Plato blandis sermonum suorum lenociniis Dionysii animum adeo permulcebat, ut Dionem ipso hortante in patriam restituit. Dion postea Platoni obviam factus Athenis, quum Bacchi festo præesset, sumptus illi omnino suppeditavit. Sumptus quidem maximos officii hujusce ratio postulavit. Vide Lys. *Orat.* 20.

P. 10. 1. Ἰσέον δὲ ὅτι καὶ εἰς Αἴγυπτον] Non abs re forsan esset, si narrationi Platonis peregrinationum Valerii Maximi verba illustrandi causa adjiciam L. 3. c. 7. *Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrina fertilissimum, ingenii quoque divina instructus abundantia, cum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut si ipse Jupiter cœlo desceendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur, Ægyptum peragravit, dum a sacerdotibus ejus gentis Geometriæ multiplices numeros, atque cœlestium observationum rationem percipit.* Quibus adde *Quintil.* ed. Rollin. p. 45. Eusebius in *Præp.* (secundum. Fabricium in *Bibl. Gr.* L. 3. c. 1. p. 4.) Platonem notat tum in Ægypto versatum, cum Hebræi patria secundo pulsi, Persis dominantibus, in Ægypto degerent; unde nonnulli forsan Prophetas eum etiam legisse contendunt. Jeremiam porro Prophetam a Platone auditum scripserat Augustinus; sed præter rem scripserat, ut ipse alibi fatetur. Cæterum fuere, qui occasionem suspiciendi in Ægyptum itineris Platoni fuisse scriberent, quod oleum ibi vendere voluisset, ut narrat Plutarch, in *Solone* p. 79.

Ibid. 12. τῶ αὐτῶν] Scrib. τῶ τριῶν. M. CASAVB.

Ibid. 13. διδασκαλεῖον ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνεστήσατο] Vide Diog. Laert. in *Vit. Plat.* p. 71. ed. 1664.

P. 11. 1. καὶ ἄνδρας, ἐκ γυναικὸς ἀνδρείᾳ ῥήματι] *Multi auditorum utriusque sexus in ejus Philosophia floruerunt.* APVLEIVS. Fœminæ duæ virili habitu indutæ prælectiones ejus potissimum feruntur audivisse, Lathsthenia scilicet Mantinensis, & Axiothia Phliasensis.

Ibid. 2. κράτιστα ἁπάσης] Scrib. πάσης. IS. CASAVB.

Ibid. 8. Αὐτὸς ἔφα·] *Præterea si quid affirmarent* (Pythagorei scil.) *in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos: IPSE DIXIT: ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas.* DESIDER. JACOTIVS *de Philosophorum Doctrina*, p. 26. ed. Oxon. 1769.

P. 12. 3. ἀποθανόντα οἱ αὐτῷ] Suæ tandem inter Academiæ mœnia placide obdormivit, annum habens plus quam octogesimum. Nonnulli inter natalitia sua celebranda obiisse illum affirmant. Confer Laert. in *Vit. ejus.*

Ibid. 6. Τὰς δὲ Ἀπόλλωνι] Ita prior versus egregii hujus Epitaphii restituendis. Legebatur ante, δὲ Ἀπόλλωνι. M. MEIBOM. Confer Diog.

Diog. Laert. L. 3. ubi plurima Philosophi nostri illustris Epitaphia recensuit.

P. 13. ΑΛΒΙΝΟΥ] Albini hujusce fieri mentionem inter Philosophos, quibus ad concinnandum Florilegium usus est J. Stobæus apud Photium Cod. 167. affirmat Fabricius *Bib. Gr.* Tom. 4. p. 41.

Testimoniis ab J. A. Fabricio *Bib. Gr.* Tom. 2. p. 42. collectis addenda.

1. Proclus in Timæum Platonis L. 2. p. 104. l. 1. Καὶ εἰκάσειν ἂν τοῦτον ἀφορμὰς λαβόντες οἱ περὶ ΑΛΒΙΝΟΝ καὶ Γαῖον Πλατωνικὸν, διορίζειν κ. τ. λ.

2. Opusculum Anonymum (idemque egregium judice Doctissimo Editore) *de Disciplinarum et Artium Inventoribus*, editum in Cl. Bernardi de Montfaucon *Bibliotheca Coisliniana*. p. 594. Εν ᾗ τῇ φιλοσοφίᾳ ἔπεφναν, Πλάτων, Αριστοτέλης ὁ τούτου μαθητὴς, ὧν τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομιμνῄσκουσι πολλάκις χρησιμώτεροι ὄντες Γαίου, ΑΛΒΙΝΟΣ, Περιπατητὴς, κ. τ. λ.

Ibid. 1. ΟΤΙ τῷ μέλοντι] Ellipsis fortasse τῷ ΟΡΑ ΔΗ. Locutio hæc frequentissima est in Eustathii Commentariis ad Dionysii Periegesin.

Ibid. 3. τί ποτε ἐστιν ὁ Διάλογος.] Haud temere sese tanta diligentia adjungere videtur Albinus ad definiendum quid sit Dialogus; quippe quod calami exercitandi causa Artis Rhetoricæ Tyrones & Philosophorum discipuli animos huc sæpissime appulerunt. Peritis etiam hujusce generis scribendi non gloriæ minus tribuebatur, quam contumeliæ patiebantur isti, qui tametsi rudes & imperiti in eo versati sunt. Hujusmodi nebulonis ineptias, qui ita gloriatur est; Ἰδὲ πῶς Διαλόγῳ σωτίζημι perstringit Epictetus apud *Arrianum* L. 2. c. 1. Antoninus inter *Exercitamenta literaria* L. 1. §. 6.

Ibid. Οὔτε γὰρ ἄνευ τέχνης τινὸς] Ita Quintil. *Philosophorum*, inquit, *quis dubitet Platonem esse præcipuum, sive acumine differendi, sive eloquendi facultate divina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem & quam pedestrem Græci vocant, surgit; ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.* p. 376.

P. 14. 8. Εἰ τοίνυν ἐστὶ ἄλλο τι ἡ Λόγος] Confer Annotationem Cl. Davisii *Ciceronis Ep. ad Varr.* præfixam.

P. 15. 11.] Omnes Platonici Sophistas acerbissime prosciderunt, utpote quod illorum ratiocinandi ac dicendi modus a præceptore suo quam maxime abhorruit. Alcinous de *Doctrina Platonic.* inter Philosophum ac Sophistam per nimium interesse ait, ὅτι μιᾷ ταρνίᾳ τῶν νέων, καὶ μᾶλλον νομίζεσθαι βέλεσι ἢ ἄνευ κακὸς καὶ ἀγαθός· vid. cap. ult. Ita Plutarchus in Lib. de *Socratis Genio*, τὸ δὲ τύφον, ὥσπερ κηπόν τινα φιλοσοφίας τὰς σοφιστὰς ἐπισκεδάσας. Atque ipse Plato Quæst. 1. τούτοις οἱ νέοι πολὺ πελάντες ἀργύριον, εἰήματος ἐπληρώντο, καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ζήλης, χαλεπῶς καὶ ἀφατρίδας ἀπράκτους ἐν ἕξει καὶ φιλοτιμίας ἄγριτις, κακὸν

καὶ

χρήσιμον ἐσὶ ὁτιῶν. Vide etiam Plutarchum de *Audiendis Poetis*, & Clem. *Stromat.* L. 1.

P. 16. 6. τῶν δωιάμεων] Legendum forsan ὑπὸ τῶν δωιάμεων. Omissio tamen præpositionis ὑπὸ post verbum aut participium passivum non raro facta est. Exempli gratia; Apollon. *Argon.* L. 3. v. 307.

——— Οὐ μὲν ἐμεῖο
Πειθεσθ' ———

ubi vide Hœlzlin. & Bos in voce ὑπό.

Ibid. 13. ὑφηγητικῶν καὶ ζητητικῶν] Dialogi, qui de veritatibus agunt adhuc cognitis ὑφηγήματικοι vocantur; quales φυσικοὶ, λογικοὶ, ἠθικοὶ, πολιτικοί. Qui vero veritates adhuc incognitas explorant ζητητικοί; quales, μαιευτικοὶ, πειραστικοὶ, ἐνδεικτικοὶ, ἀνατρεπτικοί. Confer Stanleium & Dacierium in *Vitt.* Platonis.

P. 21. 6. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἰατροὶ] Haud absimili sententia utitur Epictetus apud Stobæum T. 1. tit. 1. Εἰ βέλτιστος ἀγαθὸς ἀνὴρ, πεφύτευται πίστευσον, ὅτι κακὸς ἄν. Non possum quoque Lectorem non referre ad illud D. Matth. IX. 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

P. 22. 12. ὁμοιωθῆναι Θεῷ] Dicit Clemens Strom. L. 5. Philosophiæ finem a Platone statui ὁμοίωσιν Θεῷ. Audi etiam Alcinoum, qui postquam c. 27. plurima Platonis verba huc spectantia recensuit, hæc porro addit, εἰς πᾶσιν ἀκόλουθον τέλος ἐξέβητο ὁμοίωσιν Θεῷ, & paulo post, ὁμοίωσιν δ' εἰκαιοτάτην τὴν ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι, quod plane totidem verbis expressit Apuleius; *Sapientiæ finis est, ut ad Dei meritum sapiens provehatur: hanc namque futuram ejus operam, ut æmulatione Vitæ ad Deorum actus accedat.* Lib. de *Philosophia.* Et deinceps, *Sapientem imitatorem Dei dicimus & sequi arbitramur Deum.* Id enim est ἕπεσθαι Θεῷ.

P. 25. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ ΠΡΩΤΟΣ] Demonstraturus Plato humanæ naturæ indolem, & multiplicem illius exitum, omnemque vitæ honestæ atque felicis vim & efficaciam Deo tributurus, opportunum quæsivit exemplum in quo & illa Natura vis & contra defectus & infelix exitus perspiceretur: in Alcibiade nimirum, generosæ naturæ homine, qui rapidiore tamen impetu oppressit bonæ alioqui indolis igniculos. Genus dicendi μαιευτικὸν rei ipsi accommodatum est, quæ uberius ita tractatur in utramque partem. SERRANUS. Confer Albinum εἰς εἰσαγωγὴν p. 19. l. 12.

Ibid. 1. Ω παῖ Κλεινίου] Vide Valesii Notam in *Harpocrat.* p. 213.

Ibid. 5. ἀλλά τι δαιμόνιον ἐναπέπαμα,] Hic sane videtur affirmare, nolle se cum illo colloqui, Deo quem ducem secutus est invito; Deum autem ideo invitum esse, præ nimia Alcibiadis adolescentia, quæ præcepta sua omnia inutilia redderet. DACIER.

P. 26. 6. ὑπὸ σοῦ] Ita *Fic. Baf.* 1. ὑπὸ *MS.*

Ibid.

Ibid. 11. *κάλλιστός τε καὶ μέγιστος*·] Περὶ ᾧ ἂν τῶ κάλλει Αλκιβιάδε ἐδὲν ἴσως δᾶ λέγειν ὁπ (inquit Plutarchus in *vita ejus* ed. Bryan. T. 2. p. 6. 4to.) πλεῖ ὁτι ἡ παῖδα ἡ μειράκιον ἡ ἄνδρα πάση σωμασθήκαν τῆ ἡλικίᾳ καὶ ὥρᾳ τῶ σώματο· ἐρασιμθν καὶ ἡδὺ παρίκεν· ἐ γδ, ὡς Εὐριπίδης ἐλεγε,

Πάντων τ' καλῶν ἡ τὸ μετόπωρον κάλον ἐστιν.

Ibid. 12. *γενικωτάτε γένες*] Ex Cliniæ patris ſui genere a Euryſace Ajacis filio originem duxit, atque ex Dinomachæ matris ſuæ genere Alcmæonides erat, atque a Megacle originem duxit. DACIER.

P. 27. 2. *Περικλέα τὸν Ξανθίππε*] Pericles, ut a Plutarcho enarratur, tam paterno quam materno ſanguine familiis illuſtriſſimis & præclariſſimis omnium Athenienſium erat ortus: pater ejus Xanthippus legatos Perſarum Regis ad Mycalen expugnavit, & uxorem duxit Agariſtam Clyſthenis iſtius neptem, qui Piſiſtratidas expulit, & imperium populare Athenienſibus reſtituit. Vid. *Herodot.* L. 9. & *Diod. Sic.* L. 11.

Ibid. 5. *καὶ τῶν βαρβάρων*] Thraces nempe ac Macedones, quos barbaros vocat Demoſthenes, eos etiam qui juxta mare rubrum ſedes poſuere ac plurimas Aſiæ gentes. FABER.

Ibid. 8. *σύ τε μεγαλαυχήμθ*] Ita *Baſ.* 1. & *Fic. γε* MS. Cupiditates Alcibiadis præcipuæ ac vehementiſſimæ arrogantia erant prorſus immodica, quæ ſuperbiæ eum omnino obnoxium reddidit, atque ambitio quædam inſatiabilis; unde ſe neque ſuperiorem quenquam neque parem æquo animo ferre potuit, ideo hæc de eo affirmat Plutarchus in *vita ejus* p. 22. Εδόκ ἡ ἡ Αρχέστρατος σὸν ὑπὸ τύπε λέγειν, ὡς ἡ Ελλὰς σὸκ ἂν ἤνεγκε δύο Αλκιβιάδας. DACIER.

Ibid. 11. *θαυμάζοις*] Ita *Baſ.* 1. & *Fic. θαυμάζεις* legere mavult STEPH. & M.S.

Ibid. 13. *καὶ ἴσως γε, ὦ Σώκρατες*] Particulam *γε* omittit M.S.

Ibid. 14. *με ἔφης*] *μ' ἔφης* M.S.

P. 28. 1. *ἀεὶ ὅπε ἂν ὦ*] Gymnaſium intellige, quod frequentiſſime adiit Socrates, ac juvenes Athenienſes, qui idoneis ſub magiſtris exercitia ibi præſtabant, conſpiciendo ſe delectavit. FABER.

Ibid. 4. *εὐδένας, καὶ ἀκέσας*] *εὐδένας, ἀκέσας* MS. & *Baſ.* 2. ſed uterque perperam.

Ibid. *ὡς ἀκεστρθμῶ*] Particulam *γδ* poſt *ἀκεσομένῳ* videtur & Ficinus legiſſe. Sed *ἄν* etiam locum ibi habere poſſit. STEPH.

Ibid. 11. *ἐρασῶν*] Vocem iſtam a Socrate uſurpatam nemo male interpretari debet. Honeſtam igitur illi ſignificationem tribuere neceſſe eſt, *amicorum*, ac id in animo habere, poſſe nos quenquam amare, nihil antem in illo amare, quod diligi nollet virtus. FABER. Confer Max. Tyr. *Diſſ.* 9. Cooper in *vita Socratis* p. 67. & quæ Cl. Forſter in *Phaedonem* annotavit p. 319.

Ibid. 15. *κατηγορήσω*] Hoc ſenſu vocem hanc uſurpatam invenimus apud *Xenoph. Mem.* p. 153. ed. 8vo. *κατηγόρει, ἔφη ὁ Κριτόβελ*,

P. 29. 2. *ἅπαι*] *ἅπη* M.S.

Ibid. 4. *δοκῆς*] *δοκεῖς* MS. & STEPH.

Ibid. 5. *τίνι δή ποτε ἐλπίδι ζῇς, ἐγὼ φράσω*] Alcibiadis igitur ingenium describit *φίλαρχον* & rerum magnarum appetens. Ut autem sermoni ansa præbeatur, ait Socrates se rationem tenere, qua Alcibiades potentiam illam atque auctoritatem, quam optabat, consequeretur. SERRANUS.

Ibid. 7. *ἀμεράων ἐλίγων*] Nondum enim Alcibiades annum ætatis suæ vicesimum attigerat. FABER.

Ibid. 8. *ἢ σωφρόνως*] Vel vocula *δὲ* pro *δὴ* posita est, vel potius illa locum hujus male occupat. Nec dubito quin *σωφρόνως* reponi debeat. STEPH.

Ibid. *ὅτι ἄξιος ἃ τιμῶσι*] Nihil eximium Socratis ingenium æque ostendit, ac auctoritas quam in Alcibiadem exercuit; vilum est Atheniensibus ut adolescens iste, ortu nobilis, indole firma, opibus insignissimus, severa Philosophiæ præcepta aspernatus esset, amoribus suis adeo abhorrentia. Hæc vero impedimenta assiduam Præceptoris curam tantummodo exacuerunt. Quanta gravitate Superbiam, Inscitiam, nimiamque sui Fiduciam repressit, totus hic ostendit Dialogus. Videmus Philosophum, qui intima pectoris consilia novit, omnes adeo ut perscrutari potuit aditus, & subtilissimis ratiocinandi ambagibus Adolescentem ita implicare, ut iste superbus, esserus, sui amantissimus, tandem coactus sit non tantum se nihil scire confiteri, at illa etiam ignorare, quæ alios edocere in animo habuit.

Ibid. 11. *οὐ τοῖς ἄλλοις. οὐ μόνον*] Ita M.S. *Baf.* 1. *Fic.* 2. *πῆς ἄλλοις* ΕΛΛΗΣΙ *Baf.* 2.

Ibid. 12. *οὐ* ΕΛΛΗΣΙΝ,] *ὁ μόνον* ΕΛΛΗΣΙΝ M.S.

Ibid. 13. *ἔπος*] *εἶπη* MS.

P. 30. 6. *οὐκ ἀκούω.*] Vide Ruhnkenii Annotationem in Timæi *Lexicon Platonicum*, voce *εἰκάζων*.

Ibid. 8. *διὸ ἐμοῦ*] *δι' ὃν ἐμοῦ* M.S.

Ibid. 9. *σοι γε ἐρῶ*] *σοι γ' ἐρῶ* M.S.

P. 31. 1. *ὁ παιρωτικός*] *ὅτι παιρωτικός* MS.

Ibid. 4. *μὴ θεῖ μήτοι.*] Eodem modo plerumque loquitur Socrates, & si quando alias, non nisi ut vulgi Insciliæ se accommodaret. Nemo enim (de Græcis veteribus loquor) Dei veritatem sibi magis persuasam habuit. FABER.

Ibid. 8. *ἀτοπώτερος*] Fieri non potuit quin Alcibiades Socratis sapientiam pro summa nonnunquam haberet stultitia; hoc præcipue in loco, ubi Socrates res adeo graves pollicetur, quas alter minime intelligit. DACIER. Vox *ἀτοπώτερος* hic, judice Fabro, non *absurdior* aut *ineptior*, sed *insolentior* aut *insulsitatior* sensu humaniori reddenda est, prout apud Thucydiden frequentius usurpatur

Ibid. 12. *Εἰεν.*] Vide Ruhnkenii Annotationem in Timæi *Lexicon Platonicum*, voce *ἔιεν*.

Ibid.

Ibid. 14. *Αρα ἐρωτᾶς*] Cavetur de genere dicendi quo ſint uſuri in hac diſputatione, nimirum interrogationum & reſponſionum vicibus; ut res quidem ipſa non tam ab eo qui interrogat, quam ab eo qui reſpondet, dicta cenſeatur. Quod eſt genus *μαιέας* rebus cognoſcendis accommodatiſſimum, ſicuti deſerte poſtea notabit: in eum quidem finem ut Alcibiades ſe non tam a Socrate, quam a ſe ipſo reprehenſum norit. SERRANUS.

Ibid. 15. *λόγον μακρὸν*] Vitio illi vertit, quod longis Sophiſtarum ſermonibus nimia animi oblectatione ſeſe dederit. Alcibiades enim de eloquentia ſua magnogere ſe extulit, quæ porro ſermonum diſertorum ſtudium in illo excitabat. DACIER.

P. 32. 5. *τὰ ἐρωτώμενα*] *τὰ ἐρωτήματα* MS.

Ibid. 9. *Δῆλον γδ*] *Δῆλονδ' γδ* MS.

Ibid. 13. *ἀνίστασαι συμβαλόντων*] *ἀνίστασαι δ' συμβαλεύσειν* MS.

P. 33. 4. *μήτε μανθάνειν*] *μήποτε μανθάνειν* MS.

Ibid. 11. *ὁ γδ δὴ αὐλεῖν γε ἤτλες μαθεῖν.*] Inſtrumentum enim hoc (tibiam ſcilicet) ignobile habuit atque hominis liberi ſtudio indignum. Inde autem exorſa eſt præcipua faſtidii hujuſce cauſa, quod oris pulchritudinem vitiaret. DACIER. Confer Olympiodorum in *Vita Platonis* p. 4.

Ibid. 8. *οὔτε γε νύκτωρ*] *οὔτε νύκτωρ* MS. Alcibiadem dies noctesque obſederunt improbi quidam, qui ad eum decipiendum ſe toti dederunt. Socrates patris optimi officio functus ante oculos ſe ſemper poſuit, quo facilius periculis expediret; pro certo habens magno hoc tantum beneficio ſe illi perſuaſurum. DACIER.

P. 34. 2. *συμβαλεύσων*] *συμβαλεύων* MS.

Ibid. 4. *παλαισμάτων γε εἰώθασι*] *παλαιστμάτων εἰώθασι* MS.

Ibid. 15. *διοίσῃ*] *δοίσῃ* MS.

P. 35. 3. *περὶ τῶν ἑαυτῶν, ὦ Σώκρατες, πραγμάτων*] *περὶ τῶν ἑαυτῶν πραγμάτων, ὦ Σώκρατες* MS.

P. 36. 2. *ἀκροχειρίζεσθαι*] Idem luctationis genus eſt cujus meminit Hippocrates ed. *Foes.* p. 364. *Ακροχειρίη ἰσχαίνῃ καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω.* Confer Ruhnkenii Annotationem ad Timæi *Lexicon Platonicum*, voce *ἀκροχειρίζεσθαι*.

Ibid. 6. *λεγὼ ᾧ τὸ τοιόνδε*] *λεγὼ τὸ τοιόνδε* MS.

P. 37. 4. *ὀρθῶς ᾧ δή που*] *ὀρθῶς γε δή πω* MS.

Ibid. 8. *Οὐκοῦν καλῶς; ΑΛΚ. Εμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ —*] *Οὐκοῦν καλῶς ἔμοιγε δοκεῖ. Ἴδι νῦ σὺ* —— MS.

Ibid. 11. *σωιάπασι, πὸς καλειτω*] Ita MS. & uterque *Baſ. π' καλεῖ*) *Fic.* 2.

Ibid. 14. *λέγεις; ΣΩΚ. Εγωγε. ὅρα δή.*] *λέγεις. ἔρα δή* MS.

P. 38. 7. *ἅπερ ἐκεῖ ἐφ' ἑκάστῳ ἔλεγες τῷ ἀμείνονι*] *ἅπερ ἐκεῖ ἐφ' ἑτέρῳ ἔλεγες τὸ ἄμεινον.* CORNARIUS.

Ibid. 13. *περὶ μὲν τούτων ἔχειν*] Ante ἔχειν videtur Ficinus negationem οὐκ legiſſe (ita certe vertit ac ſi eam legiſſet, *nihil habere quod reſpondeas*)

respondeas) ea tamen opus non est. Opponuntur enim ista, posse de cibis dicere, licet non profiteatur se medicum esse; & non posse de altera illa re dicere, cujus se peritum profiteatur. Paulo post autem ἀίχυνῃ malim, ut sit verbum futuri temporis sequente interrogationis nota. STEPH.

Ibid. 15. συμβουλεύεις] συμβουλεύεις MS.

P. 39. 7. Οὐδ' οἶσθα — ὅτι ἐγκαλέσαντες ἀλλήλοις πάθημα] Belli suscipiendi finis Imperatori propositus esse debet Justum & Æquum. Et bella plerumque movere solent homines, vel ut malitiosam hostium fraudem ulciscantur, vel ut vim injuriamque propulsent, vel ut res suas repetant. Nimirum æquitate ac ratione suadente ad bellum proficiscitur Imperator, ut ad morbos accedit Medicus, sanitatis gratia. Hæc notavit Rigaltius in *Onosandrum* p. 17. ac deinde sequentia illa citat, quæ Olympiodorus in commentario suo in hunc Platonis nostri locum scripsit. Ενεκεν τοῦ δικαίου ἐρχόμεθα ἐπὶ τὸ πολεμεῖν, καθάπερ οἱ ἰατροὶ ἐπὶ τας νοσους ενεκεν τῆς ὑγείας καὶ ἵ ἐς κρᾶσιν ἀγαγεῖν τὰ στοιχεῖα καὶ συμφωνίαν. δίκαιον γὰ ὥσε μὴ πλεονάζειν ἕτερον ἑτέρου. Indeque idem Homeri Iliadem nihil esse ait, nisi δικαιολογίαν βαρβάρων πρὸς Ἕλληνας. Odysseam vero, δικαιολογίαν μνηστήρων καὶ Τηλεμάχου.

P. 40. 2. πράττοντας πολεμεῖν] Latet πολεμεῖν in MS.

Ibid. 8. καὶ μὴ, ἢ τὸ δικαιότερον] καὶ μὴ, τὸ δικαιότερον MS. Scire solummodo quod justum est per se vix satis habendum est; necesse est quod justius est intelligere, quam quidem rem dignoscere difficillimum est. FABER.

Ibid. 11. ἀς διδασκάλε] εἰς διδασκάλε σῦ MS.

Ibid. 15. Μὰ τ Φίλιον] Vulgo autem falso habetur Φίλιον. Est autem Φίλιος Jovis appellatio, frequens etiam alibi Platoni, quod amicitiæ Præses creditus fuit. CORNARIUS.

P. 41. 5. Εἶπα σὺν ἂν ὅτι] Ita *Fic.* 2. ἃ σὺν *Baf.* uterque cum MS.

Ibid. 8. πέρυσιν ἐζήτεις π] πέρυσιν ἐζήτεις MS.

Ibid. 15. ἀστραγαλίζοις] Quod die quodam, dum calculos jaciendo se oblectavit, fecit Alcibiades, prout narrat Plutarchus in initio vitæ ejus. DACIER. De Astragalo hic plura referre minime necesse videtur. Ludus pueris familiarissimus erat, adeo ut dicere solitus est Lysander, Ἐκέλευε τὰς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις τοὺς δὲ ἄνδρας ὄρκοις ἐξαπατᾶν. Plut. in *Lysandro*. Commune, inde Adagium Græcis usurpatum, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χλωῆις, de homine nugis dedito. Vide Erasmi Dial. Ἀστραγαλισμος. & Meursium de *Ludis Græcis*.

P. 42. 4. καὶ ἐς ἀδικοῦ] Dum pueri inter se colluderent, atque alii alios circumvenirent, apud Athenienses dici solitum erat, ἀδικεῖς, *vous me faites tort*; extat rei hujusce exemplum satis manifestum apud Aristophanem in *Nubibus*, Φίλων, ἀδικεῖς. FABER.

Ibid. 6. ἀδικοῦ] ἀδικεῖ MS.

Ibid. Σύ σ', ἃ τύχοις ἀγροῶν] Σύ σ', ὡς ἃ τύχοις ἄγροιν. CORNARIUS.

Ibid.

Ibid. 14. Μὰ τὸ Δί, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔχω ἔγωγε εἰπεῖν] Μὰ τὸν Δί, ὦ Σώκρατες, οὔκουν ἔγωγε εἰπεῖν MS. Μὰ Δί, *Baſ.* 1. *Fic.* 2. et poſtea in utroque *Baſ.* & *Fic.* οὐκ ἔχω ἔγωγε εἰπειν. Unde conjicias legendum eſſe, οὔκουν ἔχω γε εἰπεῖν.

P. 43. 11. πεπδυτικά γε] πεπδυτικά τε MS. Vocem iſtam ludum latrunculorum interpetrati ſunt Grammatici recentiores. FABER. Ludus iſte non fuit latrunculorum, Philoſophis vero magis aptatus; cœlorum enim motus, Solis Lunæque defectus indicavit &c. Ab Ægyptis fuiſſe inventum affimat Plato in Phædro. DACIER.

Ibid. 12. φωλοτερα αὐτὰ εἶναι τῶν δικαίων] φωλοτερα αὐτὰ τῶν δικαίων MS.

P. 44. 6. ᾠδὲ αὐτά] ᾠδὲ αὐτὰς MS.

Ibid. 12. Τούτων ἂν διδάσκαλοι πῶς ἂν εἶεν] Videtur potius particula πῶς enclitice hic poſita pro πόπου τινά. hoc ſenſu, *An igitur doctores illarum rerum eſſe aliquo modo poſſint?* Cui interrogationi melius convenit reſponſio ἀδαμῶς. STEPH.

Ibid. 16. λίθον ἢ ξύλον] ξύλον ἢ λίθον MS.

P. 45. 3. αὐτὸ αὑτοῦ] αὐτᾳ αὐτοῦ MS.

Ibid. 4. ᾠδὲς ἀλλήλας] ᾠδὲς ἀλλήλους MS.

Ibid. 9. ὀρθῶς ἂν αὐτὸν] ὀρθῶς ἂν αὐτὸ MS.

P. 46. 6. Τί δὲ δὴ νῦν] τί ϑ νῦν MS.

Ibid. 7. αὐτὸ ἑαυτοῦ ἢ ἀλλήλοις] αὐτὸ ἑαυτοῦς ἢ ἄλλοις MS. ἀλλήλοις *Baſ.* uterque & *Fic.* 2. qui tamen omittit αὐτό.

Ibid. 10. Πολύ γε] Ita *Baſ.* uterque & *Fic.* 2. Παυύ γε. MS.

Ibid. ἰδεῖν, ἐσ' ἀκῆσαι] Ita MS. & *Baſ.* uterque, ſed *Fic.* 2. ἐ δεῖν ἀκῆσαι. Forſan voluit ἐ σ' ἂν ἀκῆσαι.

Ibid. 15. ἀκήκοας γᾶν ἄλλων] Ita *Baſ.* uterque & *Fic.* 2. ἀκήκοας, ἢ ἄλλων τε MS.

P. 47. 6. τοῖς ἐν Ταναγρᾳ] Prælium iſtud inſigne Anno Olymp. 80. ultimo commiſſum eſt, Archonte Mneſitheide. Myronides Athenienſium Dux victoriam adeptus eſt. Annos circiter duodecim tunc temporis habit Socrates. FABER.

Ibid. 8. τοῖς ὑστερον ἐν Κορωνείᾳ] Prælium Coronenſe Anno Olymp. 83. ſecundo commiſſum eſt, Archonte Timarchide. Periit ibi Tolmides fortis, atque Athenienſes ex Bœotia poſtea excluſi ſunt. Socrates annos habuit circiter 22. Prælium hoc Coronenſe cum Chæronenſi iſto male ſæpius commiſtum eſt, ſicut apud *Diodorum Sic.* T. 1. p. 481. FABER. Conſer annotationem P. Weſſ. ad *Dior. Sic.* T. 1. p. 482.

P. 48. 15. ἢ σὺ ὁ λοπεξινόμβος] ἢ σὺ λοπεξινόμβος MS.

P. 49. 7. ἐρωτῶν; ΑΛΚ. Ναί. ΣΩΚ. Σὺ δὲ] ἐρωτῶν, σὺ δὲ MS.

Ibid. 12. ἐπίστατο, οἴοιτο ϑ] Haud ab, re eſſet huic loco inſerere quæ Cicero dicit *Acad. Quæſt.* L. 1. *Socrates in omnibus fere ſic diſputat, ut nihil affirmet ipſe, refellat alios; nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum, eoque præſtare cæteris, quod illi quæ neſciant, ſcire ſe putent, ipſe, ſe nihil ſcire.*

Ibid

Ibid. 14. Τὸ δ' Εὐριπίδου] Euripid. *Hippol.* v. 352.
Τρ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Φ. Σὲ τάδ' ὦκ ἐμὲ κλύεις.

P. 50. 4. Ἀθηναίους ὀλιγάκις] ὀλιγάκις Ἀθηναίους MS.

Ibid. 8. ταυτὰ οἶμαι τά τε] ταυτὰ οἶμαι ἔστι τά τε MS.

Ibid. 12. οὔ τι πᾷ σὺ αὖ οἷς] Ita *Fic.* 2. οὔ τι πᾷ σὺ αὖ σὺ οἷς. *Baſ.* uterque. ὅτι πᾷ αὖ σὺ οἷς MS. Cum utile ſimul & juſtum contraria ſint, ſi quis utile velit cognoſcere, juſtum etiam cognoſcere neceſſe eſt. Contraria contrariis agnoſcuntur. Hoc vero falſum eſt, prout Socrates mox indicaturus eſt. Alcibiades utile nihilominus quam juſtum ignorabat. DACIER.

Ibid. 15. αὐτὸς εὕρον] αὐτὸν εὕρον MS.

P. 51. 1. δεῖν ἀκέεσιν] δεῖνα ἀκέεσιν MS.

Ibid. 4. τεκμήλου] In Græcis legendum, καὶ ἐκεῖ' ἂν σὺ αὐτὰ ἀμπίσχοιο, εἰ μή τις σοι σκεύαριον κρῆμνιον καὶ ἄχρωτον εἴη. In vulgatis habetur τεκμήριον falſo pro σκεύαριον. Sunt autem σκευάρια quæ ad amictum parata ſunt, hoc eſt σκεύη, non τὰ σκεύη, quæ vaſa et inſtrumenta alia ſignificant. CORNARIUS.

Ibid. 11. τᾶτο μὲ] τατὸν μὲ οἷος MS.

Ibid. 16. οἷός τ' ἂν ἄλλῳ] οἷός τ' ἃ ἄλλῳ MS.

P. 52. 1. Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ] Omittit Ἀλλ' MS.

Ibid. 11. Ἔστ ᾗ ταῦτα δηλονότι] Ἔστ ᾗ ταῦτα δῆλα ὅτι MS.

Ibid. 16. Ἴσι δὴ νῦν] Omittit δὴ MS.

P. 53. 6. τί δαί;] Ita *Baſ.* uterque & *Fic.* 2. τιδέ; MS.

Ibid. 8. αὐτὰ ἅτως ἔχῃ.] Ita MS. *Baſ.* 2. ταῦτα.

Ibid. 15. τί δέ;] τί δαί; MS.

P. 54. 7. τεαύματα] γράμματα MS.

Ibid. 11. κὴ τὰ ἑλκη] κὴ ἑλκη MS.

Ibid. 12. ἦ γαρ;] Vide Ruhnkenii Annotationem in Timæi *Lexicon Platonicum*, in voce Η γάρ;

Ibid. Ἀρ' ἐν τοῖν ἄλλο μὲν ἡ ἀνδρία, ἄλλο δὲ ὁ θανάτου;] ἀνδρέα MS. & bis infra. Fortitudinem ac mortem res prorſus eſſe contrarias affirmat Socrates, ineptum eſſe porro de iis invicem judicium inire, feorſim vero perſcrutari prorſus eſſe neceſſarium. De priore hic agit, non de poſteriore; argutias tamen haſce florentiſſimas Alcibiades auribus plane vacuis auſcultabat. DACIER.

P. 55. 1. ἦ γε μᾶλλον] Ita MS. *Fic.* 2. ἦ γάρ.

P. 56. 5. Οὐκοῦν ὧδε δίκαιον ἀφεσπερεύειν] Axioma iſtud, quoad Alcibiadem vitioſum maxime; quoad Socratem, veriſſimum eſt. Ex facto enim bono, nil niſi bonum, ſicut ex malo nil niſi malum poteſt provenire. DACIER.

P. 57. 1. ὑπεράτις] ὑπεραγῇ MS.

Ibid. 6. ἀγαθῶν] ἀγαθὸν MS.

P. 58. 4. Πεπερηθίοις] παρηθίοις MS.

P. 59. 9. ἀφὶ τατων] τάτε MS.

Ibid. 10. ὀυδὲν οὕτικα ἀφέπει] Poſtquam Alcibiadi manifeſtum reddiderat,

diderat, ignorantiam errorum omnium humanorum esse causam, indicat ignorantiam nos non prorsus incusare oportere, nam interdum etsi sit incommodo, quodammodo tamen fiat utilis, quod quidem validissime confirmat. DACIER.

P. 60. 4. Οὕτω] Οὕτως MS.

Ibid. 6. πλανῷο ἂν] πλανῶν ἂν MS. πλανῶς *Baf. Fic.* 2. πλανῶι.

Ibid. 10. Ἐννοεῖς ἓν ὅτι] Ἐννοεῖς ὅτι MS.

P. 61. 9. Πολλή γε] Πολύ γε MS. & *Steph.*

P. 62. 1. ὃ ἐγὼ ἐγὼ ὀνομαζειν μὴ ὀκνῳ] Non illico morbi illius facit mentionem, quoniam verbum istud terribile Alcibiades nondum potuit perferre; mox vero enuntiabit, quamprimum animum ejus juvenilem ad hoc quasi fulmen accipiendum paraverit. DACIER.

Ibid. 9. Πυθοκλείδη καὶ Ἀναξαγόρᾳ] Ita Plutarchus *Vit. Periclis.* Ὁ δὲ πλεῖστα Περικλεῖ συγχυόμβρῳ, Ἀναξάγορας ὢν ὁ Κλαζομήνιος, ὃν οἱ τότ' ἄνθρωποι νοῦν προσηγόρευον, ὅτι τοῖς ὅλοις προῆτο οὐ τύχῃ δοὺς ἀναγκῶν, ἀλλὰ νῷ ἐπίτηδες καθαρῷ καὶ ἀκεραίῳ. Similiter quoque Laertius, προῆτος τῇ ὑλῃ νῷ ἐπέτηδεν. Mirum sane videtur Athenienses non solum æquo animo pati Aristophanis Deorum ludibria & convivia, sed potius ejusmodi facetiis quam maxime delectari; cum eos impietatis condemnarunt, qui Mentem rebus creandis præfecerunt, non Casum, ut alii, vel Fatum. Hoc accidit Anaxagoræ; tamen vix satis constat ex Plutarcho vel Laertio, quænam essent principia quorum accusatus est. Scribunt tantum in Judicium eum vocatum esse eadem tempestate, qua Hermippus Comœdus accusavit Aspasiam Periclis uxorem: quoniam ipsum Periclem opprimere rati sunt, si præceptorem ejus & conjugem condemnassent, ut qui Deos esse negaverant. Aspasia quidem erepta est precibus ipsius Periclis, qui nihilominus Anaxagoram trepidans ablegavit & ex urbe deduxit. Ferunt tandem Philosophum a Pericle desertum faciem pallio involvisse (sicut eorum mos erat qui mori decreverant) & sese humi prosternere, ut inedia vitæ finem imponeret; Pericli dein, qui accurrerat, respondisse, *Illi, quibus lacerna opus est, oleum infundunt.* Posthac in domum Periclis receptus est &, auctore Laertio, ad descensum Xerxis superstes obiit plus octoginta annos natus.

Ibid. καὶ νῦν, πηλικοῦτος ὢν] Ita *Baf.* 1. & *Fic.* 2. ἢ νῦν, ἔτι πηλικοῦτος MS. & *Baf.* 2.

Ibid. 10. Δάμωνι] Idem ille est, cujus meminit Plutarchus in *vita Periclis*, qui sub Musicæ edocendæ specie honesta quæstum suum celavit, nempes res politicas edocendi. Consiliis vero pafefactis, ab Ostracismo relegatus est. DACIER. Sophista quidam erat inquietus, tyrannidisque fautor, exilio decennali punitus, ac quamplurimis sæculi istius Poetis perpetuo erat derisui. Plato hinc *Comœdus* induxit quendam, qui ita percunctatur

Πρῶτον μὲν ἓν μοι λέξον ἀντιβολῶ. σὺ γὰρ,
Ὡς φασιν, ὦ χάραν, ἐξεδρεύεως Περικλέᾶ.

Ibid.

Ibid. 11. τινὰ εἶδες σοφὸν] Quoniam dicturus est Alcibiades Philosophorum ac Sophistarum necessitudinem solertem effecisse Periclem, Socrates ei vult indicare, necessitudinem ejusmodi ad virtutem comparandam, qua vera omnis constat solertia, valde inutilem esse; quod felicissime evincit, Pericle ipso in exemplum allato, qui ne suos quidem liberos quidquam docere potuit, unde a Sophistis pauca eum didicisse abunde patet. DACIER.

Ibid. 14. σὺ, ὁ παῖ ὀλέγε] σὺ, παῖ ὀλέγε MS.

P. 63. 4. Τί ἂν; ἔχεις εἰπεῖν] Ita *Steph.* alii editiones habent τί ἄν ἔχεις εἰπεῖν;

Ibid. 5. Περικλῆς τίνα ἐποίησε σοφὸν,] Socrates hic (ut ipse Plato in Gorgia) Periclem reprehendit quod opes publicas in urbe exornanda consumpsisset, mores vero civium suorum neglexisset, disciplinam veterem & primævam simplicitatem ornamentis ejusmodi corrumpendo. Plutarchus summis laudibus omnia recenset quæ ad decorandam urbem extruxit Pericles, Cicero autem ait, *De Officiis* L. 2. n. 60. *Theatra, porticus, nova templa verecundius reprehendo, Pompeium; sed doctissimi non probant, ut Demetrius Phalereus, qui Periclem vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa Propylæa conjecit.* Vide *Suidam* in voce Προπύλαια.

Ibid. 6. Περικλέης γὰρ ἡλιθίω ἐζεύχθην] Hoc de duobus tantum filiis intelligendum est, quos priori habuit conjugio. Nam Legem tulerat Pericles, eos tantum liberos fore legitimos, quorum Parentes ambo essent Cives. Vide Aristotelem *in Politic.* L. 3. c. 5. Cum autem tum Xanthippum, tum Paralum sustulisset pestis, Cives doloris ejus miserti, suaserunt Legem de Nothis quam ipse tulerat esse antiquandam; ideo filius quem ex Aspasia susceperat inter Cives Athenienses relatus est. Nihil de Parali moribus meminit Plutarchus; fuit autem Xanthippus φύσει δυσπαιδὸς καὶ γνωμικὸς νέος καὶ πολυτελὴς σωφρονῶν. Illi parce ministravit pecuniam Pericles; quo facto adolescens valde iratus maledicta omnia in patrem evomuit, & domestica ejus oblectamenta & sermones quos habere consueverat cum Sophistis ad ludibrium extulit.

P. 64. 1. Κάλλιαν] Innuit forsan istum Calliam qui Potideos fudit, ut a *Thucydide* memoratur L. 1. sed in prælio cecidit.

Ibid. 4. πότερον ἐᾷν] ἂν MS. Pro ἐᾷν sicut vulgo legitur ἠᾶν habet Mars. Ficinus, quam illum non advertisse mendam plane miror. FABER.

Ibid. 5. Κοινῇ βουλῇ] Cum his Dativis κοινῇ βουλῇ ex præcedentibus subaudiri videntur ἀμφοῖν μοι ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, aut certe assumendum extrinsecus σκέπτεον. Item poeta καί τι aptius scriptum iri puto. STEPH.

Ibid. 8. Εἰ μέν πω] Εἰ μέντοι MS.

P. 65. 6. Ἄξιον τοῦτο ᾗ ἔριδι] τοῦτο γε ᾗ MS.

Ibid.

Ibid. 12. *ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν εἰς τοὺς σωκγωνιστὰς*] Hæc omittuntur in MS.

P. 66. 3. *βελτίων γένοιο*] Ita *Baſ.* 1. *Baſ.* 2. & *Fic.* 2. *βελτίων γίγνας* MS.

Ibid. 10. *σοι ἡγέμων*] *ἡγέμενος σοι* MS.

Ibid. 12. *πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον*] Satyram mordacem verbis illis reconditam exponit Plutarchus; ait enim Alcibiadem perinde ac Midiam coturnicibus nutriendis operam ſuam dediſſe, *in vita ejus* P. 14. l. 16. enarrat. *Πρῶτον δ' αὐτὸν παρεδὸν ἀς τὸ δημόσιον χρυσὸς λέγεσι μὴ χρημάτων ἐπιδόσεις, οὐκ ὀκνήσας, ἀλλὰ παρόντα θορυβούντων Ἀθηναίων, ἐξεσθαι τὴν αἰτίαν τοῦ θορύβου· πυθόμενον ὃ χρημάτων ἐπίδοσιν χρυσθαι, παρελθεῖν καὶ ἐπιδοναι. Ὡς δὲ δήμαγωγοῦντος ἐβοῶντο, ὑφ' ἡδονῆς ἐπιλαθέσθαι ὃ ὀρνιθίου ὃν ἐν τῷ ἱματίῳ· πλοκήντος δὲ ἐν ἀμφιάστος, λαθεῖν οἱ αὐτὸν Αντίοχον τὸν κυβερνήτην, καὶ ἀποδρᾶναι· διὸ καὶ φιλίαν τὴν Αλκιβιάδη χρῆσθαι.* Antiochum hunc, ſe abſente, Alcibiades ad Imperium claſſis evexit, unde res Athenienſium pene diſſipatæ ſunt. DACIER. Coturnicum certamen ludi genus fuit Græcis admodum familiare; meminit Antoninus *Med.* L. 1. ſect. 6. niſi illic mavis cum Suida legere ὀρτυγοκοπεῖν non ὀρτυγοτροφεῖν. Vide etiam Meurſium *de ludis Græcis* & Plutarchum *de legendis Poetis*. Lucianus ludi hujuſce cauſam diſerte exponit *in Dialog.* θεοὶ γυμνασίων. Audi ipſum, *Καί τι τὰ ἄν παῖδες, ἀ γέλοιον καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ ἀποδὺν ἐπὶ τούτοις ἃ μικρὰν; ἢ γελᾶσῃ δηλονοτι. Καὶ μᾶλλον ἢν μάθῃς ὡς οὐδὲ νόμῳ αὐτὸ ὁρῶμεν, καὶ ἀποστέπτικται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ πυρεῖναι, καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνιθα ἀλλοπυκλεύοντα μέχρι τῆς ἐρχατης ἀπυγρεύσεως. Ἀλλ' ἐδὲ τοῦτο γελοῖον. Υποδύεται γάρ τις ἡρέμα ταῖς Ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ἀς μὴ ἀγθύτεροι, καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρύονων.* Ariſtophanes autem, ut videtur, ipſum Midiam nominat *in Avibus* v. 4016.

——— Μειδίας σὺ γοῦν
Ορτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ εἶχεν Ορτυγ-
Υπο Στυφακίμπε τὴν κεφαλὴν πεπληγμένος.

Atque inſuper ὁ Περιηγητὴς ut a Scholiaſte laudatur *in Aves*, loco citato,

Χρηστὸν μὴ τὸν Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

Addit vero Scholiaſtes cauſam, quare Midias coturnix appellaretur. Ο ὁ Αμμώνιος φησὶν ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὀρτυγα κεκλεῖσθαι γελοίως, ἀφ' τὸ κυδοιμώδη εἶναι, ὃ ὃν πυρρὸν τὰς ὀρτυγας κόπτειν.

Ibid. 14. *τὴν ἀνδραποδώδη τριχα*] Hunc locum Olympiodorus *Commentariis in hunc Dialogum* manu exaratis, quos inter libros Voſſianos Leidenſis Bibliothecæ excuſſimus, egregie illuſtrat: *Παροιμία ἐστὶ γυναικῶν ἐπὶ τῶν ἐλαυθερωμένων δῆλον, καὶ ἐπιμενόντων ἐν τῇ δουλείᾳ· ὅτι ἔχας τὴν ἀνδραποδώδη τρίχα ἐν τῇ κεφαλῇ, τουτέστιν, ἔτι τὴν δουλικὴν τρίχα ἔχεις. Πάλαι γὰρ καὶ τοῖς ἀνόμασι διεκρίνοντο οἱ ἐλεύθεροι ἢ δούλων, καὶ ταῖς θρυξί. Γέτται γὰρ καὶ Δάοι καὶ Φρύγες ἀνομάζοντο· νῦν ὃ ἐν πᾶσι συνεχύθησαν.* Ο ὃ,

ἀντὶ τῶ ἰατῆν ἐν τῇ κεφαλῇ, φησὶν, ὅτι τὸν ἀνδραποδώδη τρίχα ἴσχεις ἐν τῇ ψυχῇ τὸ ἀμυσίας. Eandem obſervationem, ſed minus integram, jam olim ex MS. protulit vir maximus If. Caſaubonus *ad Perſii Sat.* v. p. 426. A Platone ſuo ſumpſit Proclus *in Tim.* L. 1. p. 31. διὸ τὸν σαυτείων Λιγυπλίων σοφίαν ἐ μετήεσαν. ἀλλ' οἱ πλεῖστοι παρ' αὐτοῖς, τὸν ἀνδραποδώδη τρίχα ἔφυεν ἐν τοῖς ψυχαῖς. Adde Euſtathium *Euſtero* laudatum ad Il. A. p. 79. Hæc notavit RUHNKENIUS *ad Timæi Lexicon Platonicum*, in vocibus Ανδραποδώδη τρίχα.

Ibid. 16. κηλακευσάντες] κηλακεύοντες MS.

P. 67. 2. βλέποντα] Forſan βλέπειν, aut expungendum ἢ poſt σαυτῶ. STEPH.

Ibid. 8. βασιλέα] βασιλέως MS.

P. 68. 9. ἀνηπδέντες] ἀνηπτέντες MS.

Ibid. 10. Ως εἰ μὲν Ηρακλέης.] Propter ſtirpem ſuam & majorum gloriam adeo ſuperbiebat Alcibiades, ut Socrates, qui ingenium ejus optime novit, ortum ejus ignobilem eſſe oſtendit, ſi ad progeniem vel Regum Perſarum vel Lacedæmoniorum comparetur.

Ibid. 11. Αχαιμένης] Hujus meminit Horatius *Carm.* L. 2. Od. 1. v. 44.

Achæmeniumque coſtam.

& *Epod.* 13. v. 12. ——— *Achæmenia*
Perfundi nardo juvat ———

Adeo clarum erat genus Achæmenis ut Xerxes (uti refert *Herodot.* L. 7. c. 11.) gloriabatur ſe ab illo ortum eſſe. Ab illo porro omnes Perſarum Reges uſque ad Darium Achæmenides appellati ſunt.

Ibid. τὸ δ' Ηρακλέης] Ita MS. τὸ ἢ *Fic.* 2. De Hercule conſule Paſan. in *Lacon.* c. 18. & inſuper Plutarchum *in Lyſandro* & *Diodorum Sic.* L. 14.

Ibid. 14. Τὸ δ' Ευρυσάκης] Euryſaces, teſte Plutarcho *in Alcib.* filius erat Ajacis, ideoque originem ſuum ad Jovem refert Alcibiades.

P. 69. 4. τοιαὶ] τοιὰ MS.

Ibid. 8. οἵη γέλωτα] οἵει γέλωτα MS.

Ibid. 11. φυλάτλοντες τὸ τῶ ἐφόρων] φυλάτλωντες MS. Utrum tacite hic reprehendatur Alcibiades, necne, vix lite dignum eſt; ſed memoriæ traditur, eum Ephororum diligentiam eluſiſſe, nam, ut refert Plutarchus *in vit. ejus*, Τιμαίαν τὸν Αγησίδος γυναῖκα ᾧ βασιλέως, φρατευομένου καὶ ἐπιδημοῦντος, ὅτω διέφθειρεν, ὥστε τὸν κύνειν ἐξ Αλκιβιάδε, καὶ μὴ ἀγησίδαν. Illa filium genuit, cui foris nomen dedit Leotychidis, at inter familiares & pediſſequas eum Alcibiadem non ſine jactantia appellare ſolita eſt. Scribit *Athenæus* L. 12. Timæam mille Daricorum ab eo recepiſſe. Agis, cum ſe jam moriturum lacrymis precibuſque oraviſſet Leotychides, filium eum eſſe legitimum affirmavit, & falſo uxoris ſuæ pudicitiam eſſe ſuſpicatam: at frater illius Ageſilaus Leotychiden, patre jam mortuo, non tantum regno ſed etiam hæreditate paterna ſpoliavit. Vide Plutarch. *in Ageſilao*.

Ibid.

Ibid. 15. ἡ δὲ βασιλέως γυνὴ] ἡ βασιλέως γυνὴ MS.

Ibid. 16. ἀλλ' ἢ τοῦ φόβου] Deest ἀλλὰ in MS.

P. 70. 5. ἡδυναμένων] Ita *Baſ.* 1. & *Fic.* 2. ἡδυμένων MS. γενομένων *Baſ.* 2. et non forſan male.

Ibid. οὐδ' οἱ γέιτονες] Demades Demeæ filio ſuo uxorem ducenti idem dixiſſe fertur. Ita ſe totus habet verſus, me judice,

Εμοὶ γαμβεῖτ' ἀδ' ὁ γείτων ἡδύ.

DACIER.

Ibid. 6. μὴ τοῦτο τρέφειν ὁ παῖς] Narrat Herodotus L. 1. apud Perſas veteres morem obtinuiſſe liberos nihil aliud uſque ad annum viceſimum edocendi, quam equitare, jaculari & verum loqui; hoc vero de Civibus privatis tantum intelligendum eſt. Hic enim oſtendit Plato, diſciplina longe ſeveriori pueros Regios eſſe inſtitutos, & quatuor Præceptoribus fuiſſe mandatos, qui ſinguli illis virtutibus maxime inſignes erant, quibus animos pueriles imbuere curæ fuit. Fruſtra vero tanta uſi eſſent diligentia, niſi mollitiem, faſtum, totamque, ut ita dicam, luxus ſupellectilem a Regia procul ablegaviſſent: undique enim ſtipatus erat Princeps ſervulorum & adulorum comitatu, nihil, novas niſi voluptates, vitæ deſidioſæ oblectamenta, vidit excogitari; quæ omnia ſapientiſſima pueritiæ ſuæ inſtituta ſenſim deleverunt. Mihi itaque veriſimillimum videtur hanc pueros educandi rationem ad liberos Artaxerxis Longimani referri poſſe, quoniam Plato, *Legum* L. 3. oſtendit Cyrum ipſum, qui adeo ſapienter erat inſtitutus, qui iſtiuſmodi doctrinæ adeo perſenſerat commoda, liberos ſuos omnino neglexiſſe. Confer Xenoph. *Cyropæd.* L. Z. ad finem. Cyrus, totus negotiis occupatus id negotii mulieribus permiſit; Principibus ſcilicet, quæ ibi natæ erant atque educatæ, ubi ante oculos nihil poſitum conſpexerant niſi luxuriem atque mollitiem: ad eundem modum Smerdin atque Cambyſen inſtituebant. Qui plura hac de re velit intelligere, Platonis *Legum* L. 3. conſulat, ubi noſter de Inſtitutione Perſica elegantiſſime diſſeruit.

Ibid. 9. ἡδυναμένου] Ita *Baſ.* 1. *Fic.* 2. ἡδυμένου MS. γενομένου *Baſ.* 2.

Ibid. 10. πάντα μέλη] τὰ μέλη MS.

P. 71. 3. μαγέαν πὼ Ζωροάστρε] Zoroaſtres, cujus nominis plures fuiſſe quibuſdam viſum eſt, tempore Darii Hyſtaſpis floruit, quem *Bundâri*, vitæ illius ſcriptor a doctiſſimo Thoma Hyde *De Religione Vet. Perſ.* fuſe laudatus, Guſhtaſpin appellat. Scripſit Juſtinus artes eum magicas primo inveniſſe, ſed veriſimilius eſt eum potius ſcientiam illam reſtituiſſe & emendaviſſe. Vide Cl. Prideaux *Connect.* V. & N. F. v. 1. p. 215. Tradit Cicero *de Divinitate* L. 1. neminem Regem Perſarum eſſe poſſe, *qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit.* Illi etenim non tantum ſolennem Deorum cultum Principes edocuerunt, qui a Platone θεῶν θεραπεία vocatur, at artes etiam regnandi; eorumque auctoritas uſque ad Plinii ætatem tantum valuit, ut in oriente Regum Regibus imperare dicerentur. *Plin.* L. 30. c. 1.

Tanti æſtimata eſt eorum Diſciplina, ut nefas eſſet peregrinum quemvis illius apud illos participare, niſi Rege imperante: hoc tantum Themiſtocli conceſſum eſt, quod a Plutarcho exiſtimationis ejus ac auctoritatis apud Regem Rerſarum maximum habetur teſtimonium.

Ibid. 8. ωρῶπε τ' ὂν αὐτῷ] ωρῶτον τ' ὂν αὐτῷ MS.

Ibid. 12. Ζώπυρον τ' Θεμιστοκλέα] Refert Plutarchus plurima de Alcibiade fuiſſe memoriæ tradita propter illius cum Socrate amicitiam; multorum, ait, virorum illuſtrium ne matris quidem nomen audivimus, at etiam nutricem Alcibiadis memorat Antiphon, pædagogum Plato: melius autem dixiſſet, eum a ſuo cum Socrate contubernio omnia virtutis præcepta hauſiſſe, quæ aliquantiſper ſaltem ſuperbiæ ſuæ ardorem reſtinxerunt, ineffrænamque licentiam coercuerunt. Pericles, ut videtur, animi illius curam minime perſpexit; alioquin vix uni e ſervulis ſuis mores ejus formandos tradidiſſet, quem Socrates, præ ſenio, omnium vocat inutiliſſimum.

Ibid. 15. τῆς δὲ τῆς ἡδυπάθειας] Pro certo habendum eſt Athenienſes ſervos ſuos aut libertos liberorum ſolos reddidiſſe moderatores, quod ſatis conſtat ex Comœdiis Græcis, atque Comœdiis Plauti Terentiique, quæ a Græcis omnino mutuatæ ſunt. FABER.

P. 72. 6. ἐς σωφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα] Hic innuit Lacedæmoniorum de liberis educandis inſtituta, quibus Lycurgus pædagogos non emptitios aut mercenarios propoſuit, ſed ne quidem Civibus permiſit, ſuo arbitrio filium inſtituere aut alere. Infantes unoſquoſque tribulium natu maximi ſpectabant; ſi membris quivis eſſet compactus atque robuſtus jubebant tolli, eique ex novem millibus agri portionem unam aſſignabant. Faſciis nunquam involuti ſunt, iiſdem veſtibus æſtate utebantur atque hyeme, ad victum fuerunt faciles, minime molles, in tenebris interriti, per ſolitudines intrepidi.

Ibid. 8. ἀνδρίαν] ἀνδρείαν MS. & *Fic.* 2.

Ibid. 10. πᾶσι τοῖς τοιούτοις.] Forſan ὂν πᾶσι. STEPH.

Ibid. 11. Εἰ δ' αὖ τι πλέον προσέχεις] Quantum in reprimenda Alcibiadis ſuperbia laboraverit Socrates ſatis conſtat apud Ælian. *Var. Hiſt.* L. 3. c. 28. Confer Dialogum inter Socratem & Glyconem apud Xenoph. *Mem.* L. 4. huic Platonis noſtri perſimillimum.

Ibid. 13. ἃ θέλεις;] ἃ ἐθέλεις MS.

Ibid. τὰς Λακεδαιμονίων πλεῖστας ἰδών] Lacedæmoniorum mores temporibus Platonis ab inſtitutis Lycurgi plurimum abhorruerunt. Ille aurcam omnem argenteamque monetam prorſus antiquavit, & ferream tantum excudi curavit, magni ponderis, exigui tamen pretii, adeo ut decem Minas niſi plauſtro jugoque Boum domum deferre nemo poterat; nec in ædibus ſervare erat commodum, quippe tantum pondus armarium totum occuparet. Vide Plutarchum *in Lycurgo*. Avaritia autem animos Civium ſenſim invaſit. Gylippus, qui Syracuſanos obſidione liberavit, miſſus erat a Lyſandro qui Spartam deveheret victoriarum ſpolia, ingentem nempe pecuniæ vim & quamplurimas coronas aureas,

aureas, quibus erat a Civitatibus donatus. Sacculi caute fuerunt obſignati, adeo ut nulla furandi occaſio ſupereſſe videretur; ille vero futuras cultro aperuit atque ita trecena talenta ſurripuit, quod ſurti genus tutum ſatis exiſtimavit; in unoquoque autem ſacculo ſchedulam reppererunt Ephori, quæ pecuniæ incluſæ ſummam referebat, adeo ut Gylippus erat proditus & ſumma cum ignominia in exilium depulſus. Lacedæmones igitur hoc exemplo permoti Lyſandrum aſperrime incuſabant, quod primarius Spartæ inſtitutis adeo oppugnavi ſſet, & decretum ab Ephoris latum eſt, quo ferream tantum monetam civibus permiſerunt: qui vero Lyſandro fuerunt amiciſſimi magiſtratibus tandem perſuaſerunt, ut nummi aurei atque argentei in ærarium deferrentur, ad uſum Reipublicæ ſolum, & ut capite ſanciretur, ne quis civium alia, niſi ferrea moneta uteretur, aut domi retineret. Vide Plutarch. *in Lyſandro*. Ex illo tempore Lycurgi inſtituta ſenſim neglecta aut prætermiſſa, palam tandem violata ſunt. Cum primum Lacedæmonios invaſerit regnandi cupido, copias navales, militeſque mercenarios contrahere ſunt coacti, atque ad ſumptus miniſtrandos a Barbaris, a Perſarum Regibus, quos devicerant, quos contemperunt, aurum ac argentum flagitabant. Ita in Spartam reduxerunt vitia illa omnia ac crimina, quæ olim. Moneta ferrea in exilium, ut ita dicam, projecerat.

Ibid. 14. γνώσῃ] γνώσῃ MS.

Ibid. 15. τῆσδ' ἑαυτῶν] τὴν δ' ἑαυτῶν MS.

P. 73. 3. ἵππων γε, ἐσ[ῶσ'] ἵππων γε· ἃ δὴ ὅσ' MS.

Ibid. 5. Λακεδαίμοσιν] Λακεδαίμονι MS.

Ibid. 7. τὴ βαρβάρων] ἓ ὁκ τ' βαρβάρων MS.

Ibid. 74. 6.] Ζώνλω τῆς βασιλέως γυναικὸς] Confer Annotationem P. Weſſelingi *ad Diodor. Sic.* Tom. I. p. 62. ubi ad morem hunc confirmandum alia quamplurima citat veterum exempla.

Ibid. 11. Αμαιρίδι] Ἀμήσεδι MS. Hanc Principem ſumma animi crudelitate fuiſſe imbutam teſtatur Herodotus I. 7. & 9. quem vide.

Ibid. 14. Εχχάτιν] Vide Meurſium *de Populis Atticæ*, ubi, ni fallor, Erchiadum facta eſt mentio.

P. 75. 3. Επὲι ἃ γε πυθοιτο ὡς Αλκιβιάδης ἐτῷ πρώτον] ἐ πυθοιτο ὅτι Αλκιβιάδης MS. atque *Baſ.* 2. ὡς Αλκιβιάδης ἐτῷ νῦν ἐπιχάρι *Baſ.* 1. & *Fic.* 2. Deſunt vulgo νῦν ἐπιχάρι. CORNARIUS.

Ibid. 9. τί οὖν ποτ' ἐστὶν ὅτῳ πιστεύῃ] τί οὖν ποτ' ἔστιν ὅτῳ πιστεύειν MS.

Ibid. 13. Λαμπιδὼ] Λαμπιδὼ MS.

Ibid. Λεωτυχίδε] Hic eſt ille Leotychides qui Demarato ſucceſſit & una cum Xanthippo Athenienſi victoria potitus eſt clariſſima ad Mycalen, ubi Perſici exercitus reliquiæ profligatæ ſunt, & tota Claſſis ab ipſis Barbaris præ metu in littus colliſa funditus periit. Incunte prælio, pervagata eſt fama Perſas ad Platæam fuſos eſſe, quod prodigium quaſi tunc temporis habebatur; ſed *Polyænus* L. 1. c. 33. fi[illegible] eſſe ait a Leotychida. Vide etiam Frontini *Stratagem.* L. 1. c. [illegible] exemp. 7.

P. 76.

P. 76. 5. Ἀλλ', ὦ μακαρίτη —— Γνῶθι σαυτόν,] Ita Perſius *Sat.* 3, v. 66.

Dicite, O miſeri & cauſas cognoſcite rerum
QVID SVMVS.

& *Sat.* 4. v. ult.

TECVM HABITA, & noris quam ſit tibi curta ſupellex.

Inter alios quamplurimos qui dicti hujuſce celeberrimi meminerunt, notatum *in Phædro* conſulas citatum apud Cl. Blackwell in *Vita Homeri* p. 223. Adde quod apud *Lucianum* p. 19. ed. Kent, Menippus, quo Midam, Sardanapalum Cræſumque apud Inferos honores ſuos deperditos complorantes dicteriis ſuis magis excruciet, ait, Οὐ βούλεσθε μὲν ὑμεῖς· ἐγὼ δ', τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ πολλάκις σωτέραν, ἐπάσταμαι ὑμῖν.

Ibid. 9. Καὶ τοῦ ὀνόματος ἠνέσθαι ἀπαλειφθήσῃ] Hæc deſunt in MS.

P. 77. 9. ἀπὸ τῶν με] Vide Ruhnkenii Annotationem in *Timæi Lexicon Platonicum*, voce Ἀπό.

Ibid. 10. ψευδῆ] ψεύδει MS.

Ibid. 11. Οὐκ ἀπόκνητον, ἀλλὰ μαλθακιστέον,] Ἀπρίπτεον MS. Vide Ruhnkenii Annotationem ad *Timæi Lexicon Plat.* voce Ἐμμελακίσθη.

Ibid. 13. Φαμὲν δ' ἐς ἄρετην] Varia quidem genera ſunt bonitatis, quæ exponere vult Socrates. Vox enim ἀγαθὸς apud Græcos reddendus eſt *ſolers, præclarus, ſcientia quavis ſive arte inſignis, probus.* Κακὸς e contra, propter diſcrepantia ſua totidem ſignificationes obtinet. Ex his ſequentia forſan melius intelligantur. FABER.

P. 78. 1. Οἱ τι ἀγαθοί;] Ο τι ἀγαθοί. MS.

Ibid. 7. Κακὸς καγαθὸς] Καλὸς ἢ καγαθὸς MS.

P. 81. 2. Καλεῖς] λέγεις MS.

Ibid. 5. ἔρριο, ἄμεινον διοικεῖται σῶμα καὶ σῴζεται —— ὑγιάς] ἔρριος —— διοικεῖς —— σῴζεσθαι —— ὑγιάς MS.

Ibid. 8. πόνος ἢ αὖ ἄμεινον] Deeſt αὖ in MS.

P. 82. 3. Τί δέ; οἱ ἰδιῶται] Τί δαὶ ἰδιῶται MS.

Ibid. 4. Οὐ καὶ καὶ αὐτὸς αὐτῷ ἔφησας;] Ita MS. Οὐκοῦν ἄρα ὃν τίχνιν αὐτὸς αὐτῷ ἔφησας; *Fic.* 2.

Ibid. 6. σήχεσ] σήχεσ MS.

P. 83. 2. ἆρ' παλαιστρίας] Παλαιστρίας ἢ λέγεται ἡ ξαυτικὴ, παρὰ τὸ τὰ λύσια ἐργάζεσθαι, ἢ παρὰ τὰς παλαίας. ἐν ᾗ ἐπίσαιν παλαίεσθαι λέγον), παρὰ τὸ ὑπερβυθικὸν, καὶ τὸ ἆρ' τὰ ἔργα παλαιστρεῖν. ἐλλιπῶς ἢ ἀπὸ τῆς παλαιστρίας. τοιαῦτα ἢ ἡ αἰ γυναῖκες ὑπομβυκτικαὶ, ὃ γὰ οἱ ἄνδρες. διὸ καὶ αἰρίσιν αὖ αὐτῶν· Ἔξω μελῶν ἐπαυτε κηρόϊνος αἰσίν. OLYMPIODORUS.

Ibid. 5. Τί δ';] Τί δαί; MS.

P. 84. 1. πεπίπλασιν] πεπίπλεσιν MS.

Ibid. 5. ὅτε τὰ αὐτῶν] Ita *Baſ.* uterque. ὅτι τὰ αὐτῶν MS.

Ibid. 13. Ἀναγκη αὖ] Neceſſaria omnino Alcibiadi hæc videtur eſſe concluſio; qua vero fieri poteſt ratione, plane ignorat. Hoc illi indicare

dicare vult Socrates; quod, cum homines res ſolummodo ſuas accurate perficiunt, de ſuis ſolummodo ſint ſolliciti; unde fit, particularium ſcientia ſatis illos imbutos eſſe, neque unquam ad univerſalium eſſentias accedere, quæ ſola ſcientia concordiam conciliat; dum particularium ſcientia non niſi rerum perturbatione ac diſſidio conjuncta eſt. Ad concordiam igitur in Republica conſervandam, non rebus tantum ſuis, ſed ſibi etiam proſpicere quemque oportet. Quæ quidem cura quemvis ad vicini æque ac ſui ipſius amorem excitabit, atque hic verus amor, qui Deum jactat originem ſuam, ſolummodo concordiam poteſt conciliare. DACIER.

P. 85. 9. *αὐθάνεσθ*] *αὐθέσθαι* MS.

P. 86. 3. *Ἐμοὶ γᾶν δοκεῖ*] Secundum opinionem plerumque probatam reſpondet Alcibiades. Quoniam dum de rebus, quæ ad eo attinent ſolliciti ſunt homines, ſibi ipſius ſe proſpicere exiſtimant. Socrates vero errorem iſtum ineptum non minus quam vulgarem optime refutaturus eſt. Quod *meum* eſt, non *mei* eſt *ipſius*. DACIER.

Ibid. 4. *τί δέ; ποδῶν*] *τί δαί; ποδῶν* MS.

Ibid. 5. *ἐπιμελῆται*] *ἐπιμελεῖται* MS.

P. 87. 7. *δακτυλιογλυφία*] *δακτυλιορραφία* MS.

Ibid. 14. *ἥτις ἂν αὐτῆ τε ἐπιμελοιτο ᾗ τ' αὐτῆ*] Locus hic male ſcribi videtur. *Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ τέχνη ὡς ἔοικεν, ἥτις ἂν αὐτῆ τε ἐπιμελοῖτο καὶ τῶν αὐτῆ*. Sic vertit Ficinus; *Alia igitur arte unumquodque, alia quæ illius ſunt, curamus.* Male; non enim hæc Platonis mens eſt. Serranum jam reſpice. *Non enim eadem ars eſt quæ et ſui ipſius curam gerit & earum rerum quæ ad ſe pertinent.* Se vero fallit, neque in mentem revocat, ſi ea, quæ dixit, vera eſſent, duos fore in textu Græco ſolœciſmos. Pro *αὐτῆ* enim & *αὐτῆ* neceſſe eſſet legere *αὐτῆς* & *αὐτῆς*. Pro *ἥτις ἂν αὐτῆ* legendum eſt igitur *ἥ τις ἂν αὐτῆ* & vertendum *non enim eadem ars eſt, qua quis ſeipſum curat, & quæ ad ſe pertinent* vel concinnius, *non enim eadem arte & nos, & noſtra curamus*. DACIER.

P. 88. 4. *Η ἂν ἐγνωμεν*] *Ει ἂν ἐγνωμεν* MS.

Ibid. 8. *τὸ δέ; πῃ γε τέχνη*] *τί δέ; τις τέχνη* MS.

Ibid. 11. *ῥᾴδιον τυγχάνοι*] *ῥᾴδιον τυγχάνη* MS.

Ibid. 12. *φαῦλ*Θ] *Φαῦλ*Θ *αὐτῶν ἆρ' ὁ μοχθηρὸς τὸν τρόπον, ἀλλ' ὁ εὐπλὴς, τετέσιν, εὐτελὴς ἦν ἄνθρωπος ἢ τ' ἐπτὰ σοφῶν, ὁ ἀναθὰς τῆτο εἰς τ' ναὸν τῆ μαντῶς Θεῖ. ἦν ᾗ, Χίλων ὁ Λακεδαιμόνι*Θ. OLYMPIODORVS. Ita in *Gorgia*, *ἀσαχθὲς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἵππ μοχθηρῆ ἀνθρώπου τ φαύλ*. Ubi idem *Olympiodorus* Comm. MS. hæc notavit: *Φαύλε, ἀντὶ τ', εὐτελῆς. νῦν γὰρ ἀ σημαίν τὸ ηκηῆ. ἠδὲ γὰρ ἅπε μοχθηρῆ*. Vide Ruhnkenii Annotationem ad *Timæi Lex. Plat.* voce *φαῦλον*.

P. 89. *Αὐτοπαντό*;] Ita ſe habet textus Græcus; *πῆ ἂν τρόπον εὑρεθείη Αὐτοπαντό*; locum hunc ſecus accepiſſe videtur Marſilius Ficinus, qui ſic vertit, *quomodo illud ipſum inveniemus?* rectius Serranus; inepte vero ſatis exiſtimavit Platonem hic per *αὐτοπαντὸ*, de Deo loqui velle. Scio equidem Deum ſolum verum eſſe Ens, & omne, quod

non

non Deus est, ab eo tantum esse derivatum; scio etiam Deum esse αὐτοτοαγαθὸν, αὐτοτοὸν &c. quod non intellectu difficile est; quod si per αὐτοτοαυτὸ Deum intellexit Plato, quomodo affirmare potuit αὐτοέκαστον etiam Deum esse, cujus vocis meminit Plato? Si bonus iste vir *Parmenidem* recte intellexisset, qui omnium Platonis Dialogorum plurimum in se continet Mataphysices ac sermonis valde arcessiti, in mentem forsan revocasset, idem esse discrimen inter αὐτοτοαυτὸ & αὐτοέκαστον ac inter Ideam Platonicam, ac id quod ex Idea ista conflatum est. Per αὐτοτοαυτὸ denique significare quis potest *universalem rerum essentiam* ac per αὐτοέκαστον *essentiam rerum particularem*. FABER. Nosmet-ipsos igitur cognoscendi duæ extant rationes; primo, Dei intellectum cognoscere atque ab eo in animam descendere, ratione habita ad ea, quæ Deus Opt. Max. in illa condenda sibi proposuit: secundo, animam quasi Ens corpori contrarium dignoscere atque illam solam esse hominem pro certo habere. Prior equidem ratio consentanea magis esse videtur, qua tamen se Socrates cito abdicat atque secundæ, utpote faciliori, inhæret; postea vero ad illam redit, atque Alcibiadem ab animæ cognitione ad Ideam sempiternam perscrutandam excitat, qua sola, vero quasi lumine, conspicienda fuit anima atque omnia quæ ad illam attinebant. Tota hæc Socratis ratiocinatio mihi quidem Theologia limatissima haud indigna esse videtur. DACIER.

Ibid. 5. ὄντος] Forsan ὄντες. STEPH.

Ibid. 7. ἄλλῳ πνὶ,] ἀλλό π, MS.

Ibid. 15. τομῇ ϰ᾽ σμιλῇ] ἡμιτομῇ ϰ᾽ σκύλῃ. Vulgo τομῇ pro ἡμιτομῇ habetur. Est autem ἡμιτομὴ culter, quem *operarium* sutores vocant & nostri *Vverckmesser*. CORNARIUS.

P. 90. 2. οἷς ὁ τέμνων] οἷς τέμνων MS.

Ibid. 7. ὀργάνοις μόνον, ἢ ϰ᾽ χερσίν;] Affirmat corpus nihilominus esse animæ instrumentum, quam instrumenta alia omnia insolita, quorum opera utitur. DACIER.

P. 92. 1. ἀδύνατα πᾶ μηχανὴ νὸ ξυνακμφότερον ἄρχειν.] Ad hoc enim quod opinio ista non sibi tantum contradicit, quoniam quod non imperat nequaquam imperare potest, rei tertiæ ambo ista minime possunt imperare. Quod si una imperent anima & corpus, cuinam alii imperarent? DACIER.

Ibid. 3. οὔτε τὸ σῶμα] οὔτε σῶμα MS.

Ibid. 3. Κομιδῇ μὲν οὖν] A Grammaticis quibusdam exponitur σὺν ἐπιμελείᾳ, *cum cura, accurate*. Frequentissimam esse hanc dictionem Κομιδῇ μὲν οὖν, apud Platonem, siquid respondendo affirmetur, ex hoc & aliis locis quamplurimis ostendit Ruhnkenius ad *Timæi Lex. Plat.* voce Κομιδῇ.

Ibid. 8. ἔστιν ἄνθρωπος] ἔστιν ὁ ἄνθρωπος MS.

Ibid. 14. αὐτὸν ἕκαστον ἐσκέμμεθα] Ita MS. αὐτὸ ἕκαστον *Fic.* 2.

P. 93. 5. ὀλίγον ἔμπροσθεν] ὀλιγῷ MS.

Ibid.

Ibid. 7. πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην] Legendum cenſeo πρὸς τ' Ἀλκιβιάδην αὐτόν. FABER.

Ibid. 15. οὐδὲ γὰρ τὰ ἑαυτῶν ἴσασί γε] Ad corpus cognoſcendum Medici atque Gymnaſtici ſeſe ſtudioſe adjungunt; cognitio tamen eorum valde relegata eſt: quod, prout affirmat Hippocrates in Libro de Medicina antiqua, ſatis ſibi habent hominis naturam ſecundam victus, potus, exercitationis, ac rerum earum, quæ exinde ipſi evenire poſſunt rationem dignoſcere. Materiæ porro qualitates quaſdam ſingulares ſolummodo intelligunt, eſſentias minime. Animæ equidem, quam corporis eſſentiam dignoſcere facilius eſt. DACIER.

P. 95. 1. ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐᾷ] Ita *Baſ.* uterque, ἴῃς *Fic.* 2. ἴῃ MS.

Ibid. 4. μηδὲ ἀπέλθῃς] μὴ ᾖ ἀπέλθοις MS.

Ibid. 8. ἀλλ' ἢ ἧς μορφῆς] Corporis ſui deformitatem & genus inhoneſtum carpit, quas res contra æmulorum pulchritudinem ac generum ſuorum nobilitatem ex adverſo ponit. DACIER.

Ibid. 10. μικρὸν] σμικρὸν MS.

Ibid. 15. σὺ δ' ἄρχῃ] σὺ ᾖ ἄρχῃ MS.

P. 96. 1. ἀπολέπω.] ἀπολίπω. MS.

Ibid. 2. δημοκρατὴς χαριζόμενος] Populum adeo amavit, ut munifice condonando, ſpectaculis ludiſque illos delectando ſemper erat aſſiduus. Plutarchus in *vit.* ejus p. 14. donationem quandam Denariorum meminit, quam jamjam juvenis adhuc fecit; in finu porro coturnices illum geſtare. DACIER. Ad coturnices quod attinet, confer annotationem noſtram ad P. 66. 12.

Ibid. 4. ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ερεχθέως] Confer *Supplices* Euripidis, a quo Poeta hæc verba, ni fallor, citari videntur. FABER.

Ibid. 13. ἐπιεικῶς] Vide Vigerum de *Idiotiſm. Ling. Græc.* in hac voce.

Ibid. 14. ἐπιμελέμενοι] Ita MS. Vulgo tamen legitur ἐπιμελόμενοι.

P. 97. 4. ἐναργέστερα] Ἐναργέστερος hic pro ἐναργέστερον legendum juſte quidem cenſuit FABER, ac vertendum *perſpicue magis.* Ad illud, quod ſibi antea propoſuit, Socrates argumentum jam redit, de ſcientia ſcilicet rerum eſſentiæ univerſalis: quæ hac de re ratiocinatur ingenii ſunt diſertiſſimi. DACIER.

Ibid. 6. εὖ δὴ νῦν ἐμνήσθημεν] οὖ νῦν δὴ ἐμνήσθημεν MS.

Ibid. 8. ὅ γε ὑποπτεύω λέγειν] Cum primum oſtendiſſet Socrates quam difficile ſit ſeipſum cognoſcere, & quid ſibi velit hoc præceptum, (confer P. 88. & 93.) aggreditur tandem oſtendere quali ratione pervenire licet ad hanc ſapientiam; inſpiciendo ſcilicet animam noſtram, ex quo tantum intuitu nobis poſſumus conſulere. Nam antea demonſtravit, quod, qui corpori ſolummodo proſpicit, & ea curat quæ ſunt corporis, ſeipſum negligere merito dicatur.

P. 98. 6. ἐν τῇ τοῦ κατ' ἀντικρὺ ὄψει] Confer Ruhnkenii Annotationem ad Timæi *Lexicon Platon.* in voce ἀντικρύ.

Ibid. 7. κορυφὴν] Mira hic mihi in exemplari Græco videtur esse mendа. Quid enim sibi vult κορυφὴ *apicem?* legendum censeo κόρην *oculi* scilicet *pupillam*; κόρη *pupilla*. DACIER.

Ibid. 14. Ὄμματος — τὸν τόπον] τύπον M8.

P. 99. 2. εἰς τοῦτον αὐτῆς τὸν τόπον] Intellectum nempe nostrum; Socratis hic sese explicantis solertia notatu videtur dignissima. Mentione facta animæ nostræ, sapientiam inde enasci secum reputat, ad illam nempe extrinsecus accedit, non enim sibi ipsi lucem adfert; ad illam a Deo accedit. Ac dum infra, de intelligentia Divina paululum disserens, minime dubitat affirmare unde exoritur scientia, scilicet a sapientia, ait porro περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν. Ipsa enim eadem est sapientia, ac sapientiæ origo. DACIER.

Ibid. 3. Καὶ εἰς ἄλλο, ᾧ τοῦτο τυγχάνῃ ὂμοιον ὄν;] Deest ᾧ in MS.

Ibid. 5, ὃ, τὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς θειότερον] Deest ἐπὶ in MS. & postea, ubi vulgo legitur περὶ ὃ τὸ εἰδέναι, in MS. etiam deest περὶ.

P. 100. 2. ἀ μὴ δι' ἡμᾶς αὐτούς.] Mendam suspicor, ac lego potius ἀ μηδ' ἡμᾶς αὐτούς. Vertendum igitur, *Nec nostra, quod nostra sint, nisi nosmet ipsos noverimus.* FABER. Judicet tamen lector candidus, annon ista, qua nos usi sumus, interpretatio huic Fabri anteferenda sit?

P. 101. 3. Ἐξαμαρτάνων ἄν, ὁ κακῶς πράξει] καλῶς MS.

P. 102. 4. καὶ ἐπιμελήσεσθαι, ἀλλὰ πόλεως] Duarum paginarum in MS. hic patet hiatus.

P. 103. 7. τι τὸ εἰκῇ συμβαίνειν] Prudentia absente, auctoritas absoluta homines ad officia sua violanda fæpissime excitat, atque religionem ac justitiam pedibus suis facit proterere. DACIER.

P. 104. 5. Πρὶν δέ γε ἀρετὴν ἔχειν] Superbia Alicibiadis devicta, Socrates illum jam subversurus est, dum sententiam istam horrendam ipsum de se ferre hortatur, se nempe quasi servum solum videri dignum esse, quoniam virtutis expers esset, quæ sola homines liberos reddit. DACIER.

Ibid. 15. Δοκῶ μοι καὶ μάλα σφόδρα αἰσθάνεσθαι.] Ea igitur de causa scripsisse videtur Plutarchus, quod Alcibiades argumentis Socratis solertibus evinctus

Επτηξ' ἀλέκτωρ δῆλον ὡς κλίνας πτερόν.

Socratis porro dicendi genus sublime illum ad vivum adficere solitum est, ac vel ad lacrymas fundendas illum excitare potuit.

P. 105. 8. ὅπως ὁ παιδαγωγήσω σε] Hic locus valde vitiatus est; legendum potius opinor ὡς τοῦτό σοι ἐπαιδαγωγηθῶ, aut ὡς σύ μοι ἐπαιδαγώγησας, *nunc tibi ego præcipiam, sicut tu mihi præcepisti.* Alcibiadem Socratem suum quasi præceptorem infectatum esse jamdudum liquet, ut ab eo autem erudiretur, non ut illum erudiret. Græci liberos præceptoribus quibuscunque subditos fecere, quoniam apud ludos publicos eruditi sunt; proceribus tantum traditi sunt magistri particulares, vel hisce quam rarissime. FABER.

Ibid. 10. διοισῃ] διοίσῃς MS.

Ibid.

Ibid. 11. ἱεροπύετας.] Ita *Baſ.* 1. & *Fic.* ἱεροπύσετας MS. & *Baſ.* 2.

P. 106. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ] Hic Dialogus priorem apte ſatis ſequitur. In illo Alcibiades de rebus humanis parum erat certus, in hoc rerum Divinarum non minus ignarus eſſe videtur. Inter utraſque enim res, tam humanas quam Divinas, neceſſitudinem adeo firmam exſtare conſtat, ut qui has vel illas ignorat, illum utraſque plane ignorare ſit neceſſarium. Hoc manifeſte ſatis oſtendit Socrates, demonſtrando idem eſſe Deum cognoſcere ac ſeipſum, & tam quæ ad alios, quam quæ ad noſmet ipſos pertinent, cognoſcere, ejuſdem omnino eſſe artis, ejuſdem ſcientiæ. DACIER. Et nobis hic quædam præfari liceat. Notatu dignum eſt omnes pene Philoſophos de Deo diſſerentes, nunquam de eo aliquid dixiſſe, quod merito referri potuit ad fabuloſa iſta Numina, quibus Religio Urbium, quas incoluerunt, decreverat aras, templa & ſolennia ſacrificia. Thales affimavit Deum id eſſe quod caret initio & fine. Æternum eſſe alii, ſegregatum a Materia, ubique occurrentem mortalibus & implentem opus ſuum. Nec minus pura ſunt præcepta aliorum de cultu, quem menti Divinæ gratum eſſe affirmant. Cultus Dei optimus eſt, inquit Hierocles *in aurea Carmina*, ut veneremur cum animo integro & incorrupto. Secundum Senecam *Epiſt.* 116. Deus non colitur corporibus taurorum trucidatis, non ſtipe infuſa in theſauros, ſed voluntate pia & recta. Quid mirum eſt Socratem eadem tradidiſſe de precando Deo, qui, ut mihi videtur, unum tantum Deum coluit? Summus iſte Deus, ait *Xenoph. Memorab.* L. 4. totum hoc univerſum creavit, ſuaque poteſtate unamquamque partem ſuſtinet. Quæ quidem verba animadvertenda ſunt; ſatis enim oſtendunt Socratem credidiſſe modo unam eſſe mentem Divinam & ſupremam, quæ omnia formavit.

P. 106. 3. Φαίνη γέ π ἐσκυθρωπακίνας] Ita Juvenal initio *Sat.* 9.

Scire velim quare toties mihi, Nævole, TRISTIS
Occurras FRONTE OBDUCTA ——

Ibid. 4. ὥς τις συννεύμενος] Poteſt etiam ſcribi ὥς π. atque ita legit & Ficinus. STEPH.

P. 107. 8. ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτόθεν φασὶν ἐξελθεῖν] Vide Annotationem ad Xenoph. *Memorab.* p. 348.

Ibid. 10. ἐξὸν αὐτῷ] Forſan ἐξὸν αὐτῷ vel ἐξὸν οὖν αὐτῷ. STEPH.

P. 108. 11. Οὐ δῆτα.] Argutias conſectandi gratia affirmare quis poſſet, tertium genus extitiſſe, convaleſcentium ſcilicet, qui nec jam ſani, nec jam ægroti ſunt. Hoc tamen non omnino concedendum eſt, quippe revera convaleſcens non jam ægrotus eſt, quoniam ad ſalutem tendit. DACIER.

P. 109. 1. Οὐ δῆτα.] Inter virtutem & vitium aiunt e contra, medium quoddam extare, eorum nempe conditionem, qui nec improbi ſunt, nec probi, ſicut de Galba teſtatus eſt Tacitus, *Magis extra vitia, quam cum virtutibus.* Cuivis vero obvium eſt, dictum iſtud Taciti

eorum tantum ſententiæ congruum eſſe, qui de fronte hominis ſolummodo judicant, nec inferius deſcendunt, ſolum improbos vocantes, qui vitiis gravioribus imbuuntur; quæ quidem agendi ratio Philoſophorum concinnitati minime aptatur. Ubi enim deeſt virtus, neceſſe extat vitium. Idem de ſapientia ac ſtultitia affirmandum eſt. Quicunque non ſapiens eſt, eum ſtultum prorſus habendum eſſe neceſſe eſt. DACIER.

P. 110. 4. πάλαι δίκλω δεδωκέναι] Vide Ruhnkenium ad Timæi *Lexicon Platonicum*, in voce κλάσις.

P. 111. 2. συντε δυο σκεπτομένω] Plato Poetarum ſententias ſermonibus ſuis incaute ſæpius inſerit. Ut verba hæc atque decus ſuum melius quis intelligat, eorum meminiſſe oportet quæ Homerus Diomedem loqui fecit, quum in Trojanorum caſtra ſpeculatores quoſdam vult dimittere. Apud Homerum verba leguntur, Συντε δυ' ἐρχομένω. *Duo una euntes.* Apud Platonem, Σύντε δύο σκεπτομένω. *Duo ſe invicem conſulentes.* DACIER.

P. 112. 9. ἐν εὐφημοτάτοις ὀνόμασι καταναμάζειν] De Particula EN hoc modo uſurpata vide Cl. Blackwall *Claſ. Sac.* T. 1. p. 22. ed. 12mo.

Ibid. 10. ἀκάμας καὶ ἀνετός.] Vide Ruhnkenium ad Timæi *Lexicon Platonicum*, in vocibus ἄκηκοι & ἀνετός.

P. 113. 3. ἀμαλόγη).] Forſan ἄμαλόγητο. STEPH.

Ibid. 12. ὥσπερ ἐκ' ἠύχετο] Forſan σὺκ. STEPH.

Ibid. 15. ἐρωτήσει ποθ' ὅτιὲν εὐξαιδαίσι] Bene novit Socrates quam elato animo fuit Alcibiades, & quam maxime propter agrorum multitudinem ſuperbiebat; haud temere igitur inducit Deum quendam hujuſmodi Beneficia proponentem, utpote quod ſciebat juvenem iſtum non modicis poſſeſſionibus eſſe contentum. Aliquando autem eum ad locum deduxit, ubi tabula quædam ſuſpenſa erat, quæ totum orbem terrarum continuit deſcriptum, ac rogavit, ut Atticam ibi exquireret, quam cum inveniſſet, fundos ſuos juſſit item inquirere. Reſpondit Alcibiades, *nuſquam ibi pictos eſſe:* cui Philoſophus, *An bonorum Poſſeſſione te effers, quæ terræ pars nulla ſunt?* Ælian. V. H. L. 3. c. 28.

P. 114. 13. Τίσ' εἰ μέλλεις καλῶς τε] μέλλοις, κακῶς δέ. STEPH.

P. 115. 7. Ἀρχέλαου τ' Μακεδόνων τύραννου] Archelaus Perdiccæ filius erat nothus. Patrem ſuum, avunculum & filium interfecit. Filium tandem Perdiccæ legitimum interfecit, ac annos ſeptem ſolio potitus ipſe etiam a Cratero gratioſo ſuo interfectus eſt. DACIER. Ab hoc ipſo Archelao Socrati maxima quondam Dona fuerunt oblata, quæ omnia reſpuit; cumque Rex oraſſet eum, ut in Macedoniam veniret ac ſecum habitaret, reſpondit Socrates, ſe nolle adire hominem qui plus ei dare potuit quam penes eum erat reddere. Xenoph. *Œconom.* p. 822. Tandem Archelaus ab Amaſio ſuo interfectus eſt, quem Cratevum nominat Ælianus V. H. L. 8. c. 9. ſed Diodorus Sic. *Bibliotb.*

lioth. Hiſt. L. 14. Craterum. Perhibent Regem ei deſpondiſſe unam e filiabus, quam cum alii elocaſſet, indignatione commotus Archelaum occidit.

Ibid. 14. ὅστι φρατηρίας ἐπιθυμήσαντες] Suſpicor Socratem hic referre ad condemnationem decem illorum Ducum quos Athenienſes exercitibus præpoſuiſſent, cum Alcibiades ab imperio eſſet ſubmotus. Athenienſes navali prælio vicerant Callicratidem Ducem Lacedæmoniorum ad Arginuſas, Inſulas quæ inter Cumam & Mitylenen ſitæ ſunt: poſt Victoriam mandaverant Theramени, Thraſybulo & aliis quibuſdam, ut cadavera e Mari reciperent ad ſepulturam; hoc, tempeſtate exorta, perficere non potuerunt. Athenienſes adeo iniqui ut ſcelus vocaverunt quod venti & fluctus deliquerant, ex accuſatione Theramenis & Callixenis Oratoris, vocaverunt Duces in Judicium; ſex quidem eorum capite damnati ad mortem ſunt abducti, dum nemo Senatorum, ipſe niſi Socrates, decreto tam atroci & iniquo oppugnaverunt. Ex tribus millibus Civium, tuo tantum Duces auſi ſunt defendere, qui vocabantur Euriptodemus & Axiochus; hujus nomen aſſignavit Plato iſti Dialogo, quem de hoc memorabili Judicio compoſuit. Vide Rollin *Hiſt. Ant.* T. 4. f. 5.

P. 116. 12. τὰς ϑ'] Eſt ἀνακέκλαυσϑ- Oratio & fortaſſe ſubauditur εὔρησεις ex præcedentibus cum accuſativo τὰς & participio τύχοντας, cum illis genitivis χρημάτων ἢ χρυσίου. Poſſet & Infinitivus τυχεῖν ſubaudiri, ſed malo Participium. STEPH.

P. 117. 14. κινδυνεύ[ει] γ' ἄν.] Forſan κινδυνεύοι. STEPH.

P. 118. 3. Ζεῦ βασιλεῦ κ. τ. λ.] Sequitur ex opinionibus Antiquorum de Diis, cum crediderint eos eſſe iiidem cupiditatibus obnoxios, quibus ipſi mortales, vota eos facere turpiſſima ejuſmodi Numinibus. Preces inſuſurraverunt quas noluerunt quenquam hominum audire; & facile credendum eſt Athenienſes plurimas ejuſmodi precationes effudiſſe, nihilominus quam Romanos, quos ita precantes perſtringit Flaccus L. 1. *Ep.* 16. v. 60.

Labra movet metuens audiri; pulcra Laverna,
Da mihi fallere, da juſto ſanctoque videri.

Non eos autem qui rogaverunt Deos ut iis impune permittant eſſe rapaces atque injuſtos reprehendit Socrates, ſed illos, qui cæco dementique animo honores, divitiaſque a Diis appetebant. Τοῦτο εὔχετο ὁ Σωκράτης, (inquit illuſtris Platonicus Max. Tyrius *Diſſ.* ϖῶλ τοῦ α εὔχεσϑαι τῷ Θεῷ;) ὅπως ὅπως αὐτῷ χρήματα γένοιτο, ἢ ὅπως ἀρχὴ Ἀθηναίων· ἀλλ' ἀρετὴν ψυχῆς, καὶ ἀσυχίαν βίου, καὶ ζωὴν ἄμεμπτον, καὶ εὐελπιν ϑανατον. Hoc autem Argumento totuo hic Dialogus innititur, homines omnino neſcire quid ſibi uſui ſit, ideoque ſtultum eſſe nos inhiare illis Rebus, quæ nobis malorum multorum ſæpiſſime cauſæ ſunt, cum iſta omnia Deorum arbitrio permittere debeamus, qui bona ſolent tribuere atque etiam aptiſſima poſſunt eligere. Ita Juvenalis *Sat.* 10.

Permittes

Permittes ipſis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris.

Ibid. 5. πὰ ϑ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν] In *Anthologia Epigram.* legitur

——— πὰ ϑ λυγρὰ κ᾽ εὐχομένων ἀπερύκοις.

Plato autem fortaſſe legit ἀπαλέξοις apud ipſum Poetam, ideoque dicit, tanquam ſententiam duntaxat commemorans, ἀπαλέξειν κελεύει. STEPH.

P. 119. 2. τυγχανῇ] Forſan τυγχάνοι STEPH.

Ibid. 3. Forſan ὧν γε STEPH.

P. 120. 9. εἴ σοι αὐτίκα μάλα πεφασμένη κ. τ. λ.] *Si in mentem tibi ſubito venerit, melius id eſſe putanti, Periclem tutorem atque amicum tuum interficere*; ita Interpretes, qui Platonem errori obnoxium ſe reddere minime intelligunt: ex iis enim conſtat Periclem adhuc vivere, affirmat autem Plato Archelaum Macedoniæ Regem fuiſſe interfectum, ac Periclem annos antea viginti mortuum fuiſſe pro certo habemus. Quo pacto igitur convenit hæc opinionum varietas, quoniam in Gorgia etiam ac Theage his contraria affirmat? DACIER.

P. 125. 3. πολιτείαν πεζοτῶν τε ἀγαϑῶν, κ᾽ αὖ λητῶν] Athenienſium Rempublicam optime infectatur. Artes ibi ac ſcientiæ erant florentiſſimæ, deſuit vero honeſti ſcientia, adeo ut confuſio tantum ac diſcordia ibi regnarent. DACIER.

Ibid. 16. αὐτὸν αὐτῷ] Forſan αὖ ϑ᾽ αὐτῷ STEPH.

P. 126. 7. καὶν μὲν πρώτῃ ἀ τις οἶδεν] Honeſti ſcientia non ad ea ſolum excitat quæ novimus, ſed ad illa etiam quæ neſcimus. DACIER.

P. 127. 13. Δᾶ ἄρα —— ταῦτης τῆς ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι] Vide *Diodorum Sic.* T. 1. p. 126. & quæ ibi adnotaverunt editores.

Ibid. 14. ὅσωπερ ἂν μὴ πρόϑτερον ἐπιϑείσῃ τὸ τῆς ψυχῆς] Hic locus Platonis difficillimus eſt; Marſilius Ficinus ac Serranus male explicuerunt, atque obſcurum magis reddiderunt, quam recte verterunt. Μὴ potius quam μὰ legendum cenſeo, ac γε quam γάρ. Nec jam finis; præcipuus quippe error voce ψυχῆς conſtat. Affirmare videtur Plato ſine honeſti ſcientia, quo magis anima quævis vel civitas fortunæ muneribus potiuntur, eo magis ad impetus animi allevandos criminibus excitantur. Ex voce ψυχὴν, quam ſupra legimus, exorſus eſt error. Plato autem non de anima potius, quam de civitate loquitur, nec opus erat, ut vocem ψυχῆς denuo deſcriberet. Scripſit forſan τύχης, qui loquendi modus, ἐπιϑείσῃ τὸ τῆς τύχης, *quo magis fortuna afflaverit* apapprime eſt elegans. Sententiæ hujuſce decus, ac veritas quam ſecum affert reſtitutionem iſtam neceſſariam eſſe reddunt. Quo plus fortunæ habent impii, eo plus flagitiorum in ſe admittunt. DACIER. Codex MS. voces duas μὴ πρόϑτερον non habet & legit ὅσωπερ ἂν ἐπιϑείσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, hoc eſt, *quanto magis impetu fertur animæ navigium.* Intelligendum eſt enim in articulo τὸ, vel πλοῖον vel ἀκάτιον. Ἐπιϑείσειν autem eſt *impetu ferri vento ſecundo inſpirante.* Codicis igitur MS. Lectionem

tionem secuti sumus, dones Dies meliorem exhibebit. CORNARIUS.

P. 128. 7. ὁ λέγ' κατηγορῶν πε πνὸς] Carmen condiderat Homerus versibus Heroicis atque Iambis compositum in Margitem quendam, qui multarum rerum gnarus ignavia ac nequitia dies consumebat, quo manifeste constitit, honestum illum nescire. Carmen hoc, de quo consulas Aristotelem de *Poetica* c. 4. ad nostru tempora nondum pervenit. DACIER.

P. 129. 14. Καὶ ὀρθῶς γέ στι δικεῖ.] Post δικεῖ addit Cornarius ΑΑΚ. Πάλιν αὖ μοι δικεῖ.

P. 132. 11. ἀνάπηρον θύεσιν] Vide *Archæolog. Attic.* T. 1. p. 216. a Viro reverendissimo ac doctissimo J. Potter editam.

P. 133. 1. Ταὐτὶ λέγ' Αμμων.] Hac de re consulas eundem apud *Archæolog. Attic.* T. 1. p. 187.

P. 135. 1. δωρεοδόκοι] Vide Ruhnkenium in Timæi *Lexicon Platonicum* in hac voce.

Ibid. 2. ὡς φησιν ὁ θεὸς καὶ θεῶν σοφήτης] Vox σοφήτης, sicut ex Gatakero de *stylo* N. T. p. 80. deprehendimus, Luciano apud Græcos elegantes inusitata videretur. Noster autem in hoc Dialogo plus semel usurpare non dubitavit. Vide Cl. Blackwall *Class. Sacr.* T. 1. p. 19.

Ibid. 13. Ορᾶς ἔν ὡς ὅτι ἀσφαλές στι ἐὰν ἐλθεῖν πρὸς τ θεὸν εὐξομένῳ] Nec male Alcibiadem admonuit Socrates; cum enim manifestum ei satis reddiderat, nescire illum precibus idoneis Deum supplicare, ad orandum omnino pergere sibi non tutum esse jam affirmat; sed necessarium esse, quod Præceptorem quendam Divinum expectaret, qui tam erga Deos quam Homines officia sua illum edoceret. Necessarium porro esse ostendit, quod Deus tenebras, quæ animam suam obumbrarent, dissiparet, quo honesti ac mali naturam melius dijudicaret. Vide Leland de *Scriptoribus Deist.* T. 1. p. 10. & Jamblicum in *Vita Pythag.* c. 28.

P. 136. 7. Πότε ἔν παρέσῃ ὁ χρόνος ἔτος, ὦ Σώκρατες, ἢ πὶς ο παιδεύσων;] Cum Socrates ostenderit ignorantiam nostram rerum a Deo petendarum, venturum, qui nos ista omnia doceat, innuere videtur. Quibusdam hoc ad Jesum Christum referendum visum est, & arbitrati sunt Philosophum nostrum quasi Vatem inter Athenienses extitisse. Vide Auctorem *Revelationis candide exploratæ* T. 3. Hoc solum dolendum est, Socratem non tantum audaciæ in asserendo Deum unum ostendisse, quantum in morte iniqua toleranda; adeo ut verendum est equidem, ne quæ mendaciter agebat, sic ageret, ut eum Populus veracem esse existimaret. Confer D. Augustin. de *Civitate Dei* L. 6. c. 10.

Ibid. 13. Οφρ' εῦ γνώσκῃ κ. τ. λ.] Iliad E. ubi legitur γιγνώσκῃς persona secunda, quia Minerva ipsum Diomedem alloquitur. STEPH.

P. 140. 11. Τίς ἂν ἐπισήμων — καλλιπαῖνες.] His verbis illudit causidicis, qui similia & similiter cadentia verba affectant, velut Plato hoc loco usus est verbis πὸ χάρες πὸ ἄφρ. CORNARIUS. P. 146.

P. 146. 2. οἷς ἅρπ ὠμολογήσαμεν] Vide Ruhnkenium in Timæi *Lexicon Platonicum*, in voce ἅρπ.

Ibid. 10. ἀπεδάξατο] Malim ἐπεδάξατο quod verbum hujusmodi locis adhiberi potius solet. Atque adeo aliquanto post de ipso dicit itidem ἐπιδάγμαθ' τ σοφίας. STEPH.

P. 148. 5. Μνῆμα τὸ δ' Ἱππάρχε] Vide Barnesium in *vita Anacreontis* c. 31.

P. 149. 2. Δι' τὴν τῆς ἀδελφῆς ἀτιμίαν τῆς Κανηφορίας] Ad vocem τῆς ἀδελφῆς intelligendum est τοῦ Ἁρμοδίε, & ad vocem τ Κανηφορίας intelligenda est vox ἕνεκα, ut Κανηφορία sit canistri gestatio substantiva voce non adjectiva, ad vocem ἀδελφῆς referenda; alioqui τ Κανηφόρου legendum esset. Nam et Plinius Libro tricesimo sexto, Capite quinto, Scopæ Canephorum habet. Minime vero proprium nomen sororis Harmodii Canephoria putanda est. Hipparchus enim occisus est ab Harmodio & Aristogitone, eo quod in Panathenaicis canistrum Deæ deferre, juxta patrium morem, non permisit sorori Harmodii, etiamsi fortassis digna illa esset, ut tradit Ælianus V. H. Libro undecimo, cujus hæc sunt verba, Ἱππαρχος ἀνηρέθη ὑπὸ Ἁρμοδίε καὶ Ἀριστογείτονθ, ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναικοῖς κομίσαι κανοῦν τῇ θεῷ, κ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, οὐκ ἔασε τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἁρμοδίε, καὶ ἵπως ἀξίαν οὖσαν. Verum Plato hanc causam fuisse cædis Hipparchi negat, & aliam a *sincerioribus* ὑπὸ τῶν χαριεστέρων traditam producit. CORNARIVS. Pro Κανηφορίας forsan legendum est Κανηφόρε, id est, *canistrum ferentis*. At Κανηφορία fuerit ipsa *canistri latio*. STEPH.

Ibid. 8. ἐν χρυναίων] Vide Ruhnkenium in Timæi *Lexicon Platonicum*, in voce χρυναῦθ.

P. 152. 2. ἢ τὸ πονηρόν.] Forsan ἢ ὁ τὸ πονηρὸν SETPH.

P. 154. 2. ἐὰν κακὸν, ἢ οὐδ' ὅ'ἂν ἀγαθὸν] ἐάν τε κακὸν, ἐάν τε ἀγαθὸν CORNARIVS.

